Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Dissertatio litteraria de usu poeticorum et dialecticorum vocabulorum apud scriptores Graecos seriores

https://hdl.handle.net/1874/240810

DE USU
POETICORUM ET DIALECTICORUM VOCABULORUM

APUD

SCRIPTORES GRAECOS SERIORES

PARS PRIMA

INDICEM E POLYBIO ET DIODORO HAUSTUM

CONTINENS.

TRAIECTI AD RHENUM

Apud J. L. BEIJERS.

1886.

DE USU POETICORUM ET DIALECTICORUM VOCABULORUM APUD SCRIPTORES GRAECOS SERIORES

PARS PRIMA

INDICEM E POLYBIO ET DIODORO HAUSTUM

CONTINENS

RIJKSUNIVERSITEIT TE UTRECHT
1895 5108

DISSERTATIO LITTERARIA

DE USU POETICORUM ET DIALECTICORUM VOCABULORUM APUD SCRIPTORES GRAECOS SERIORES

PARS PRIMA

INDICEM E POLYBIO ET DIODORO HAUSTUM

CONTINENS

QUAM

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

IOANNIS ADAMI WIJNNE

PHIL. THEOR. MAG. LITT. HUM. DOCT. IN FAC. LITTER. PROF. ORD.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE
ET LITTERARUM HUMANIORUM DECRETO

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA HONORIBUS
AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAIECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS

FACULTATIS EXAMINI PROPONET

MARIUS ADRIANUS KRELING

DAVENTRIENSIS

D. XVIII. M. IUNII MDCCCLXXXVI, HORA I.

BIBLIOTHEEK DER UNIVERSITEIT TE UTRECHT

TRAIECTI AD RHENUM
Apud J. L. BEIJERS.
1886.

Lubenter hanc opportunitatem arripio, Viri Clarissimi, quotquot in facultate philosophiae theoreticae et litterarum Professores estis, palam Vobis gratias agendi pro collata in me benevolentia. Non solum Illi, quorum discipulus sum, sed etiam Vos, quorum scholis non interfui, mihi in variis rebus affuistis, quas enumerare huius loci non est.

Grato animo, Vir Clar. Opzoomer, quamquam philosophiam tantummodo primoribus labris attigi, horas recordor, per quas Te audire mihi licuit. Institutionis Tuae, qua pulcri venustique sensum in auditorum animis excitare et alere scis, numquam obliviscar.

Imprimis Vobis, Viri Clar., Francken et Wynne, multum debeo. Quamquam, praeter scholas, quas frequentavi, saepius accidit ut Vestris consiliis mihi opus esset, numquam tamen frustra auxilium Vestrum imploravi; semper statim parati fuistis vel in minimis negotiis me adiuvare. Vobis igitur me totum obstrictum esse sentio; eadem me, quam hucusque expertus sum, benevolentia prosequamini: me numquam ingratum certo scio, sed Vestro favore dignum fore spero.

Vir Clar. van Herwerden, quo promotore glorior, praesertim ad Te refero, me ante ferias aestivas summos in litterarum classicarum disciplina honores consequi; nam praeter solitam operam, quam promotores discipulis suis praestant, et quam mihi hac in re large praebebas, hanc dissertationem brevi tempore corrigere voluisti; Tu, quamquam aliis muneris officiis obstrictus eras, semper Tuam doctrinam atque benignitatem discipulo paratam habebas. Iterum atque iterum gratias ago. Praeclara erga me merita pluribus verbis extollere non decet: illorum recordatio semper mihi erit dulcissima.

Viro doctissimo P. A. Tiele, qui est Bibliothecae Universitatis Rheno-Traiectinae praefectus, multas ago gratias pro liberali animo, quo non solum antea sed imprimis hoc proximo anno thesauros Bibliothecae in meum usum aperuit.

PRAEFATIO.

Graecis scriptoribus sequioris aetatis, quod multi viri docti iam observarunt, saepe accidit ut vocabula poetica vel dialectica in sermonem reciperent. Quo magis a seculo aureo litterarum Graecarum recesseris propiusque adveneris ad opera patrum ecclesiae, eo saepius hos flosculos e poetarum sermone depromptos invenies, sed iam Aristoteles hac consuetudine non plane abstinuisse videtur. Quin ipse Xenophon hic illic vocabula, quae in reliqua prosa Attica aut non reperiuntur aut admodum rara sunt, usurpavit, quae tamen res me iudice in hoc scriptore longe minus e poetarum cognitione quam e multis eius et magnis peregrinationibus explicanda est, quippe saepe fit ut is, qui inter alios populos longum tempus vixerit, patrium sermonem vocibus misceat alienis, quarum familiaritatem diuturno usu contraxerit. Quoniam autem operae pretium mihi visum est perquirere, quaenam vocabula Graecitas seriorum scriptorum sive ab antiquis poetis sive ab aliqua dialecto mutuatus sit, hanc quaestionem nunc incohavi, indice horum verborum e Po-

lybio et Diodoro componendo, postea alios scriptores etiam infimae aetatis eodem proposito investigaturus.

In **Diodoro** quemquam huiusmodi vocabula ante me collegisse aut initium collegendi fecisse non credo, in Cassio Dione vidi Cobetum Mnemos. VII 1879 pg. 47 aliquot commemorare. Primus et unicus, qui de **Polybio** in hac parte optime meritus est deque eius elocutione agens plus quam centum poetica vocabula enumeravit, est **Eberhard** Observationum Polybianarum particula, Dissert. Inaug. Berolini 1862 pg. 9—16, nam **Luettge** de Polybii elocutione, Dissert. Inaug. Universit. Georg. Aug. Nordhusae 1863, **Stich** de Polybii dicendi genere, Dissert. Inaug. Erlangae 1880 (postea in Actis Sem. Erl. II pg. 141—211) hanc consuetudinem Polybii verbo tantum memorant, Eberhardi mentione non facta, et **Kaelker** in eximia dissertatione Quaestiones de elocutione Polybiana cum Epimetro de Hiatu in libris Diodori Siculi, Lipsiae 1880 (postea in Leipziger Studiën III : 2 pg. 219—320) dixit nonnulla sed neutiquam omnia, quae ad dictionem poeticam pertineant, Eberhardum attulisse, ipse tamen hanc partem elocutionis Polybianae iterum non attigit. Et sane recte dixit „neutiquam omnia allata esse", sed addere potuit, etiam nonnulla allata esse, de quibus iure dubitare possis, num revera poetica vel dialectica sint. De his igitur vocabulis, quae mihi non poetica videntur, sed ab Eberhardo ita accipiuntur, nunc sermo in Praefatione erit, postquam in universum dixero, quasnam rationes in hac quaestione sequendas statuerim.

Polybius et Diodorus veteres Epicos et Tragicos lectitasse non solum per se credibile est, sed etiam demonstratur locis ubi illorum verba laudantur. Hic locis ferme aequat alter alterum, praesertim si reputamus Polybii, ratione fragmentorum habita, fere tertiam, Diodori dimidiam partem super esse, ita ut aequum sit apud hunc plures locos poetarum

inveniri. Sic Homerus [1]) et Hesiodus [1]), quos unusquisque illo tempore noverat, saepius apud Siculum laudantur quam in opere Megalopolitani, qui nomina Aeschyli et Sophoclis nusquam memorat, Pindari semel duos versus laudat 355 : 26 (IV : 31 : 6) [2]), cf. frg. 109 ed. Bergk[4]; Euripidis fragmentum e Cresphonte apud eum laudatur 851 : 8 (XII : 26 : 5), et bis sententiae huius tragici citantur: *τὸ παρ' Εὐριπίδῃ πάλαι καλῶς εἰρῆσθαι δοκοῦν, ὡς ἓν σοφὸν βούλευμα τὰς πολλὰς χεῖρας νικᾷ* 43 : 1 (I : 35 : 4) et *κατὰ τὸν Εὐριπίδην ἦσαν αἰεὶ πρασίμοχθοί τινες καὶ οὔποτε ἤτυχοι δορί* 531 : 2 (V : 106 : 4). Contra apud Diodorum nominatur Aeschylus XI : 27 § 2, Sophocles XII : 54 § 6, XIII : 103 § 4, XIV : 53 § 6, de Pindaro dicitur quando florucrit XI : 26 § 8, nomen Euripidis occurrit I : 39 § 1, XIII : 97 § 6, 103 § 5, citatur hic poeta quater, cf. I : 7 § 7, 38 § 4, XX : 14 § 6, 41 § 6.

Iam si apud illos historicos vocabula tragica et epica reperiuntur, quae non leguntur in Attico sermone pedestri

---

1) Apud Polybium Homerus occurrit praesertim in libris XII, XXXIV et XXXIX. De eo sermo est 681 : 19 (IX : 16 : 1), 838 : 13 (XII : 24 : 2), 1222 : 13 (XXX : 15 : 3), 1356 : 8 (XXXIX : 3 : 6), praeterea versus laudantur 290 : 1 (III : 94 : 4), 459 : 18 (V : 38 : 10), 851 : 1 (XII : 26 : 3), 851 : 4 (XII : 26 : 4), 857 : 5 (XII : 27 : 10), 857 : 11 (XII : 27 : 11), 900 : 3 (XV : 12 : 9), 903 : 7 (XV : 16 : 3), 996 : 21 (XVIII : 12 : 6), 1299 : 27—1302 : 25 (XXXIV : 2—4, in qua parte ter laudatur), 1326 ; 20 (XXXVI : 6 : 6) 1356 : 8 (XXXIX : 3 : 6), 1357 : 11 (XXXIX : 4 : 2), ergo quinquies decies. Hesiodus citatur 419 : 5 (V : 2 : 6) et 538 : 29 (VI : 59 : 3); ad eum alluditur 452 : 10 (V : 32 : 1).

De Homero sermo est apud Diodorum I : 69 § 4, 96 § 2, 97 § 7, IV : 66 § 7, VI : 2 § 3, praeterea versus citantur I : 1 § 2, 11 § 2, 12 § 2, 12 § 10, 15 § 7, 19 § 4, 45 § 6, II : 56 § 7, III : 2 § 3, 56 § 2, 66 § 3, 67 § 3, IV : 2 § 4, 7 § 2, 32 § 2, 39 § 3, 49 § 7, 75 § 2, 85 § 6, V : 2 § 4, 28 § 4, VI : 2 § 11, XVI : 23 § 5, 56 § 7, XVIII : 1 § 2, XIX : 53 § 5, XXIV : 5, ergo vicies septies. Hesiodus laudatur IV : 7 § 2, 85 § 5, V : 66 § 6, 81 § 4, de eo sermo est VI : 2 § 3 et 11.

2) Priores numeri sunt editionis Hultschii paginae et versus, posteriores libri et capita aliarum editionum.

vel in comoedia, pro certo dixeris, Polybium et Diodorum haec convertisse in suum usum e diligenti poetarum lectione. Etiamsi Plato sive Thucydides uno alterove loco ubi assurgit oratio, his vocibus usi sunt, nihil tamen prohibet, quominus illas inter poeticas recipiamus; nec loci Aristophanis, ubi in carmine melico aut in manifesta tragicorum paroedia occurrunt, obstant. Sin autem in dialogis Musae comicae inveniuntur, ubi nulla est nec parodia nec paratragoedia, maxime credo in illam partem inclinandum esse, ut eas volgares dicamus. Quoniam de his vocabulis, quae in comoedia lecta in soluta oratione hodie non reperiuntur, diu haesivi, num illa inter poetica vel dialectica reciperem, tandem illa magna ex parte inter Addenda posui. Certissimum autem indicium, vocabulum aliquod non e linguae popularis fonte manasse, hoc est, si usitatum vocabulum Atticum in locum eius substituere possis, quod feci quoties potui.

Quaerens, quae vocabula epica et tragica Polybius et Diodorus usurparint, ultro incidi in verba Herodotea, qui primarius fons dialectae Ionicae est; maior autem vetusto tempore necessitudo inter veterem Atticam dialectum et Ionicam fuit quam postea, ita ut multa vocabula Ionica apud tragicos invenias, nec fortasse est neglegendum Sophoclem admodum fuisse φιληρόδοτον, cf. Cobet in Mnemos. XI pg. 128. — Hoc modo vocabula, quae praeterquam apud poetas, apud Herodotum Hippocratemve in scriptis genuinis leguntur, in hunc indicem recepi, qua in re tenendum est, quod iam supra dixi, Xenophontem multas voces ab Attica dialecto alienas imprimis Ionicas usurpasse. — Inter vocabula Dorica μολεῖν recepi, dialecto Macedonica et Alexandrina abstinui, quoniam verba, quae ex his recentibus dialectis fluxerunt, in omnibus dissentationibus et scriptis, quae de elocutione Polybii agunt, inveniuntur, cf. imprimis **Frid. Guil. Sturz** de dialecto Macedonica et Alexandrina liber. Lipsiae. 1808 (liber satis rarus).

His igitur praemonitis aliquot vocabula indicabo, quae ab Eberhardio habita pro poeticis, mihi potius non recipienda in indicem, sed ad praefationem releganda visa sunt. Sunt autem haec:

αἰχμάλωτος, quod vocabulum de rebus etiam in Attica prosa dicitur, e. g. Xen. Hellen. II : 3 : 8.

ἄμειψις. In hoc vocabulo est singularis error. Eberhard dicit: „ἄμειψις (Polyb. 711 : 23) X : 1 : 5 vox est Pindarica, postea Diod. et Plut. usitata facta", nec tamen usquam in Pindaro legitur. Lexicon Pape (edit. 2 et edit. 3 curata a Sengebusch 1880) exhibet Pind. frg. 6, quod debet intellegi Plut. frg. 6, cf. Plutarchi Fragmenta et Spuria ed. Dübner apud Didot. pg. 9 vs. 8.

ἀνάπωτις. „Forma Pindarica", recte quidem, cf. Pind. Ol. XI : 52, sed Polybius dixit ἄμπωτις, cf. 1308 : 2 (XXXIV : 9 : 5), 47 : 6 (I : 39 : 3), 1027 : 27 (XX : 5 : 7), 726 : 29 (X : 14 : 7). Unus locus 726 : 14 (X : 14 : 2) exhibebat ἀναπώτεως, quod correxit Dindorf Thesaur. Steph. pg. 499A, et ἄμπωτις dixerunt Herod. VII : 198, VIII : 29 et Diodor. III : 19 § 5 et 6.

ἀτενής occurrit praeterquam apud poetas, apud Platonem Rep. VIII : 547E, Aristoph. Vesp. 730.

γεφυροῦν non recepi ob usum Platonis in Critia 115C.

δολοφονεῖν Demosth. XIX § 164 dixit, quod Eberhard ipse memorat; etiam alia vestigia, quamquam haud multi momenti, extant verba huius radicis non plane inusitata fuisse, nam δολοφονία est in Aristot. Nic. V : 5; sed adiectivum, propter cuius usum apud Aeschylum Agam. 1129 Eberhard verbum δολοφονεῖν poeticum existimat, Polybius non usurpavit.

δρασμός usus est Aeschin. III § 21.

δρυμός non recepi ob Xenoph. Cyneget. X : 19; Ibid. V : 5 pro ἀμφιδρόμους Stephanus ἀμφὶ δρυμούς, alii ἀμφὶ δρόμους correxerunt.

δυσμαί. Quamquam δύσεις usitatior est, δυσμαί cum aliis dixerunt Plato Phaed. pg. 61E, Xen. Hellen. V : 1 : 7.

εὐμαρής non recepi, quia Plato adverbio et substantivo usus est, quod monet ipse Eberhard.

ἰμείρω usi sunt Aristoph. Nub. 435 et Plato Crat. 418C; est tamen rarissimum in volgari sermone.

κόπος. Cf. Plato Rep. VII : 537B, Xen. de re Equ. IV : 2, Aristoph. Lysistr. 541.

νήπιος occurrit ter in Axiocho, satis quidem recenti aetate scripto pg. 365C, 366D, 367A sed cf. μηδὲν εἴπῃς νήπιον Aristoph. Nub. 105, deinde Pac. 1063.

παλαμναῖος. Si Suidae fides habenda, Polybius hac voce usus est, cf. Frg. Gramm. Hu. 1370 : 23 (Didot. frg. 10) Ἀλάστωρ] ὁ δὲ ἔγραφε πικρῶς καὶ παραστατικῶς, ἀλάστορας ἀποκαλῶν καὶ παλαμναίους διὰ τῆς ἐπιστολῆς, εἰ οὕτως αἰσχρῶς προήσονται τοὺς τόπους, μηδὲν παθόντες ἢ ἰδόντες κακόν. Sunt duo vocabula poetica, sed non plane inusitata in prosa cf. ἀλάστωρ apud Demosth. περὶ στεφ. § 296, περὶ παραπρ. § 305, παλαμναῖος in Xenoph. Cyrop. VIII : 7 : 18.

πέτευρον. Aliud vocabulum, quod idem notat, non est traditum.

σπινθήρ, cf. index s. v. φεψάλυξ.

Quod contra multa composita cum κατὰ et ἐξ in indicem recepi, feci ob usum tragicorum, qui significatione haud mutata, subinde verba sum his praepositionibus componunt, hanc consuetudinem hic et illic Polybius et Diodorus secuti sunt. In alias praepositiones hoc rarissime cadit.

Deinde vocabulis, de quibus valde dubito num fortuitum sit, illa in Attica prosa non legi, † praefixi, alia, in quibus ad locum poetae cuiusdam alluditur, et illa, quae falsis lectionibus nituntur signo * munivi.

Sed omnibus his praemissis restant semper voces, de quibus in incerto haereas : ita v. c. ἀμφίστομος non recepi,

minus ob usum Aristotelis Hist. Anim. IX : 40 quam quia huiusmodi composita e constanti analogia formata sunt, tametsi nemo asseverare potest hoc vocabulum non Ionicum fuisse, si reputamus vetusto tempore tantummodo apud Sophoclem et Herodotum inveniri. — Παραβάτης quod ante Xenophontem Cyrop. VII : 1 : 29 apud Homerum Ψ 132, Euripidem Suppl. 677 occurrit et quo Diodorus saepe utitur, cf. XX : 41 § 1, XII : 70 § 1, V : 29 § 1 non commemoravi, quia Ionica forma nobis tradita est παραιβάτης. — Ἀνατρέχειν τοῖς χρόνοις auctore Eberhardio recepi: tamen reputandum est, hanc formulam aeque recte e significatione „sursum curro" derivari atque e „retrorsum curro"; illud si mavis, poetica non est.

Praeter Thesaurum linguae Graecae 1831—1865, qui hodie non amplius cum usitatis editionibus congruit, et Lexicon Pape 1880, quod, ut semper in opere Lexicographico fieri assolet, multis vitiis laboret in locis citandis, imprimis usus sum Indicibus in scriptores, quos fecerunt: Caravella in Aristophanem 1822, Bothius in eundem 1845, Bétant in Thucydidem 1843, Astius in Platonem 1835, Thieme et Sturz in Xenophontem 1801, Reiske (postea curatus a Schaefero) in Demosthenem 1823, Schweighäuser in Herodotum 1824, Iacobi in fragm. comic. Graec. 1857, Rumpel in Pindarum 1883, Dindorf in Aeschylum 1873 et Beatson in tragicos Graecos 1829.

Scriptores secundum postremas editiones laudabuntur; tragici et Aristophanes secundum editionem V Scen. Gr. Dindorfii, Pindarus et Lyrici secundum IV^tam Bergkii. In citandis reliquis scriptoribus, sicubi opus videretur, notavi adhibitam a me editionem.

A.

ἀβληχρός. cf. βληχρός.

ἀγεληδόν. *Gregatim.* Hom. Π 160: καὶ τ' ἀγεληδὸν ἴασιν de lupis. Herod. II: 93 init.: οἱ δὲ ἰχθύες οἱ ἀγελαῖοι .... ἀγεληδὸν ἐκπλώουσι ἐς θάλασσαν· de piscibus, item Polyb. 1300: 26 (XXXIV: 2: 14) τοὺς γὰρ θύννους ἀγεληδὸν φερομένους παρὰ τὴν Ἰταλίαν, ubi agitur de iis, quae Homerus de Ulixea peregrinatione habet. — De bubus Theocr. XVI: 92. — Dicitur per metaphoram de hominibus a Diodoro XVI: 80: 2 οἱ δὲ .... εἰς τὸ τοῦ ποταμοῦ ῥεῖθρον ἀγεληδὸν συνελαυνόμενοι. De servis ἐκ τῶν σωματοτροφείων ἀγεληδὸν ἀπαχθεῖσιν Diod. XXXIV: 2: 1.

ἀγέρωχος. Significatio incerta, nec veteres grammatici consentiunt, alii per πάνυ τετιμημένος alii per ὑπερήφανος explicantes. Octies exstat apud Homerum, λ 286 Περικλύμενόν τ' ἀγέρωχον, Κ 430 Μυσοί τ' ἀγέρωχοι, Β 654 Ῥοδίων ἀγερώχων, Γ 36, Ε 623, Η 343, Π 708, Φ 584 Τρώων ἀγερώχων. Cur autem significatio „superbus", quae constat in prosa posteriore, in Homero non apta sit, non video. Adverbium ἀγερώχως occurrit in Polybio 112: 11 (II: 8: 7). — Ἀγερωχότερον Polyb. 1001: 22 (XVIII: 17: 3). — Ἀγερωχία Polyb. 753: 18 (X: 35: 8) insolentia, superbia.

*ἀγχίαλος. *Mari Vicinus.* Sed loco Polyb. 1302 : 1 sqq. (XXXIV : 4 : 2) ad Homerum alluditur, ita ut dicere nequeas, Polyb. hac voce usum esse: τῆς μὲν οὖν ἱστορίας ἀλήθειαν εἶναι τέλος, ὡς ἐν νεῶν καταλόγῳ τὰ ἑκάστοις τόποις συμβεβηκότα λέγοντος τοῦ ποιητοῦ, τὴν μὲν πετρήεσσαν (B 496, 519, 640) τὴν δὲ ἐσχατόωσαν πόλιν (B 508, 616) ἄλλην δὲ πολυτρήρωνα (B 502, 582) τὴν δ' ἀγχίαλον (B 640, 697).

ἀγχιβαθής. Apud Hom. ε 413 ἀγχιβαθὴς δὲ θάλασσα, quod in pseudo-Hesychio explicatur ἡ ἐγγὺς τῆς γῆς ἢ βαθεῖα θάλασσα (ἢ del. Wakef.). Aristot. Probl. 23 : 31. Apoll. Rhod. IV : 1570. Polyb. 368 : 13 (IV : 41 : 6) τὰ δὲ παρὰ τὴν χέρσον ἐστὶν ἀγχιβαθῆ.

ἀδαής. *Ignarus.* Soph. Phil. 827 Ὅτῳ' ὀδύνας ἀδαής. Herodot. II : 49, V 90, IX 46. Polyb. 453 : 12 (V : 33 : 4) τίς οὕτως ἐστὶν ἀδαὴς ὃς οὐκ οἶδεν; (XII : 25 : 9) τίς γὰρ οὕτως ἐστὶν ἀδαής. Xenoph. Cyr. I : 6 : 43, qui formis Ionicis passim utitur, cf. Bisschop Annot. ad Xen. Anab. Diss. Lugd. Bat. 1851 pg. 80 et Sauppe Lexilogus Xenophonteus Lips. 1869. s. v. — Attice ἀνεπιστήμων, ἄπειρος.

ἄδακρυς. *Lacrimarum expers.* Pind. Ol. II : 66 ἄδακρυν νέμονται αἰῶνα. Eurip. Alc. 1047. Med. 861. Diodor. XV : 72 : 3 ὁ πόλεμος οὗτος Λακεδαιμονίοις ἄδακρυς ἔσται. XXXII : 26 : 1 οὔτε γράφων τις οὔτε ἀναγινώσκων ἄδακρυς ἂν γένοιτο. cf. XXXII : 27 : 1.

ἀδήριτος. *Inexpugnabilis. Nulli contentioni obnoxius.* Hom. P. 42 πόνος ἀδήριτος. Aesch. Prom. 105 τὸ τῆς ἀνάγκης ἔστ' ἀδήριτον σθένος. Polyb. 2 : 18 (I : 2 : 3) ἡγεμονία ἀδήριτος et 24 : 30 (I : 20 : 12). — Εἰρήνη ἀδ. 401 : 23 (IV : 74 : 3). — Ὕβρις ἀδ. 187 : 27 (III : 3 : 5). — Δυναστεία ἀδ. 597 : 18 (VI : 57 : 5)

---

*) Asterisco notavi illa vocabula, quae Polyb. et Diodor. usurparunt quidem, sed ita ut locus cuiusdam poetae designetur. Illis, quae ante hos scriptores in Attico sermone non occurrunt sane, de quibus tamen valde dubium est, num revera poetica vel Ionica sint † praemisi.

Per se intellegitur locos, ubi verba poetarum laudantur, non in censum venire.

et 897 : 5 (XV : 10 : 2). — Ἰβηρία ἀδ. 754 : 2 (X : 36 : 3). — χρόνος ἀδ. 830 : 16 (XII : 16 : 7) ἐξουσία ἀδ. 1269 : 17 (XXXII : 11 : 6). — Diodor. XVI : 84 : 1 et XVIII : 73 : 1 (ἡγεμονία ἀδ.) XVII : 77 : 4 (βασιλέα ἀδ.). — Adverbium ἀδηρίτως apud Polyb. 288 : 17 (III : 93 : 1) et Diodor. IV : 14 : 2.

Alio composito huius radicis utitur Thucyd. IV : 134, ἀμφιδήριτος (alibi ἀγχώμαλος) νίκη victoria anceps, quod etiam in Polyb. legitur 358 : 10 (IV : 33 : 8) et ἀμφιδήριτος μάχη 1317 : 19 (XXXV : 2 : 14). — Attice vocabulo ἀδήριτος respondent ἀναμφισβήτητος (Thuc. I : 132, Plato), ἀναμφίλογος (Xen.).

ἄθαπτος. *Insepultus.* Hom. X 386 λ 54 et 72. Aesch. Sept. 1014, 1045. Soph. in Aiace saepe. Men. frg. inc. 423, Mein. IV : 316. Diodor. XIV : 71 : 2 τὴν τῶν ἀθάπτων δυσωδίαν, qui adiectivo ἄταφος quoque utitur, quod volgaris sermonis esse Platonis Thucydidisque usus demonstrat.

ἄθικτος. *Intactus.* Aeschyl. Suppl. 561 Eum. 683 et alibi; Soph. et Eurip. Arar. ed. Kock frg. 14 p. 218. — Diodor. XIX : 18 : 2 ἄθικτος τῶν κατὰ τὴν χώραν κακῶν. XXXIV : 2 : 39 ἄθ. τὴν ἀκμὴν αὐτῆς ἐτήρησαν. XXXIII : 14 : 1 οὐ γὰρ ἦν οὐ γυναικός, οὐ παιδὸς αὐτῷ κάλλος ἄθ. XXVI : 14 : 2 ἄθ. ἑαυτοὺς τηρήσαντες τῆς πρὸς ἀλλήλους μιαιφονίας. — Attice ἄψαυστος cf. Thuc. IV : 97.

ἄθραυστος. *Infractus, Integer.* Eurip. Cycl. 292 ἄθ. λιμήν, Hec. 17 ἄθ. πύργοι, Phoen. 1079 ἑστᾶσ' ἄθραυστοι scil. ἑπτάπυργοι περιβολαί. De hominibus Polyb. 128 : 28 (II : 22 : 5) ἄθραυστοι καὶ ἀσινεῖς ἔχοντες τὴν ὠφέλειαν. — Diodor. XIX : 30 : 7 ἄθ. μέρος τῆς δυνάμεως. — Attice ἀβλαβής.

ἀθυρογλωττία. *Linguae incontinentia.* Polyb. 632 : 19 (VIII : 12 : 1) ductum a poetico ἀθυρόγλωσσος, Eur. Or. 903.

αἱμόφυρτος. *Sanguini permixtus.* Lycophro (ed. Scheer) 411. Polyb. 901 : 7 (XV : 14 : 2). — Per αἵματι μεμολυσμένα Hesych. αἱμοφόρυκτα explicat, quod legimus Hom. υ 348. — Αἱματόφυρτον restituit Dindorf in Aesch. Eumen. 366 pro αἱματοσταγές.

αἰχμαλωτίς. Femin. genus τοῦ αἰχμαλωτός. Apud veteres in pedestri

oratione forma quidem masculina est frequens, sed feminina tantum legitur apud tragicos, Soph. in Aiace 71 *αἰχμαλωτίδας χέρας*, 1228 *τὸν ἐκ τῆς αἰχμαλωτίδος*, Eurip. Androm. 962, 1059 et aliis locis. Polyb. 732 : 14 (X : 18 : 7).

ἀκληρία. Calamitas. Infelicitas. Soph. frgm. 816 (Bekk. Anecd. 367 : 15) *ἀκληρία ἀντὶ τοῦ ἀτυχία· οὕτως Σοφοκλῆς.* Antiphan. ed. Kock frg. 14 pg. 15. Polyb. 1098 : 15 (XXIII : 8 : 9) Diodor. XVII : 69 : 6. — Verbum *ἀκληρεῖν* in Polybio primo cf. 696 : 18 (IX : 30 : 3) 1137 : 22 (XXVI : 1 : 2), adjectivum *ἄκληρος* praeter poetas etiam in Platone ocurrit.

ἄκλυστος. Undis non agitatus. Eurip. Iphig. Aul. 121 *Αὖλιν ἄκλυστον.* cf. Lycoph. 736. Diod. III : 44 : 7 *ἄκλυστον λιμένα*, idem XVII : 104 : 8.

†*ἀκμαῖος Vigens aetate, florens aetate.* Aeschyl. Sept. 11, Pers. 441 Eum. 405. Soph. Aias 921 (signif. translata). — Theophr. C. Pl. III : 16; Polyb. 561 : 21 (VI : 21 : 7) *τοὺς δ' ἀκμαιοτάτους ταῖς ἡλικίαις*, 298 : 28 (III : 102 : 1) *λαβὼν τὸν ἀκμαιότατον καιρὸν τῆς ἡμέρας.* Ἀκμάζω et *ἀκμή* passim in Prosa.

†*ἀκρεμών. Ramus.* (*ὀξυτόνως* scribi iubet Arcadius. Falsus est accentus *ἀκρέμων*). Eurip. Cycl. 455 *ἀκρεμὼν ἐλάας*, Pseudo-Simonid. 183 : 8. Theocr. Epigr. I : 6. Diod. III : 8 : 6 *τῆς ἀπαλωτάτης ὕλης τοὺς ἀκρεμόνας περικλῶντες.* III : 19 : 4 *τῇ διὰ τῶν ἀκρεμόνων σκιᾷ.* Theophrastus utitur pro „ramus" *ἀκρεμών, ὄζος* (Plato Tim. 59B), *κλάδος* (Aristoph. Aves 239), *κλών* (Plato Prot. 334B) et nobis discrimen explicat cf. H. Pl. I 2, *Ἀκρεμόνας δὲ λέγω τοὺς ἀπὸ τούτου* (*καύλου* et *στελέχους*) *σχιζομένους, οὓς ἔνιοι καλοῦσιν ὄζους· κλάδον δὲ, τὸ βλάστημα τὸ ἐκ τούτων* cf. Hesych. *ὄζος*] *κλάδος. καὶ ὁ ἀπὸ τοῦ στελέχους σχιζόμενος ἀκρεμών.*

ἀκρόκομος. In vertice comatus. Hom. Δ 533 *Θρῄκες ἀκρόκομοι*, Eurip. Phoen. 1515 *ἀκροκόμοις ἀμφὶ κλάδοις*, Theocr. XXII : 41 *κυπάρισσοι*, Polyb. 1309 : 29 (XXXIV : 10 : 9) *πυρῆνα ἴσχειν ὅσον σπιθαμιαῖον ἀκρόκομον* (si forte Strabo hoc loco Polybium

non ad verbum expressit cf. hiatum πυρῆνα ἴσχειν, tamen ἀκρόκομον de suo addidisse eum non crediderim.) — Diodor. II : 53 : 7 ἀκρόκομα δ' ὄντα nempe τὰ στέλεχη τῶν Φοινίκων.

ἀλαλαγμός. *Clamor laetus.* Eurip. Cycl. 65 Hel. 1352. Herod. VIII : 37. Diod. XX : 86 : 4 μετ' ἀλαλαγμοῦ καὶ σάλπιγγος.

ἀλύω. *Alucinor.* cf. Hom. Ω 12 E 352 ι 398 σ 333 (= 393 h. l. spurius) Aesch. Sept. 391 Soph. El. 135 Phil. 174, 1194 Alex. ed. Kock. frg. 116 : 13 pg. 338 Polyb. 1150 : 10 (XXVI : 10 : 1) de moribus Antiochi Epiphanis, ex Athenaeo desumptis, testimonio sane debili, cf. Kaelker Quaest. de elocut. Polyb. in Leipziger Studien III : 2 pg. 227, sed confirmatur lectio a Diodoro XXIX : 32 (Exc. de Virt. et Vit. 577 W.) haec verba e Polybio describente: ἀλύων ὅπου τύχοι δεύτερος ἢ τρίτος.

ἀμέτρητος. *Immensus.* Hom. ψ 249, τ 512. Pind. Isthm. I 37. Eur. El. 433. Aristoph. Nub. 264 (loco sublimi ὦ δέσποτ' ἄναξ, ἀμέτρητ' Ἀήρ, ὃς ἔχεις τὴν γῆν μετέωρον). — Diod. II : 54 § 1 ἐναυλίζονται πεδίοις ἀμετρήτοις. Attice diceres: ἄμετρος.

ἀμνημόνευτος. *Cuius mentio non fit.* Eurip. Iph. Taur. 1419. Polyb. 144 : 12 (II : 35 : 4).

ἀμοιβή. *Retributio in bonam et in malam partem.* Optime redditur nostro sermone „vergelding".

1) In bonam partem = remuneratio. Hom. A 318 (σοὶ δ' ἄξιον ἔσται ἀμοιβῆς) γ 58. Pind. Nem. V : 48, frg. Dithyr. 75 : 7 (ubi restituit Bergk.). Eurip. Med. 23. Etiam plurali numero cf. Pind. Pyth. II 24. Eurip. Herc. fur. 226 et alibi; uno loco in prosa Plato Conviv. 202 E (ed. Schanz) τῶν μὲν (scil. ἀνθρώπων) τὰς δεήσεις καὶ θυσίας, τῶν δὲ (scil. θεῶν) τὰς ἐπιτάξεις τε καὶ ἀμοιβάς, (cf. Pollux VI : 187). Hoc sensu Diod. I : 90 : § 2 fin. τὴν ἀμοιβὴν τῆς πρὸς τοὺς εὐεργέτας χάριτος.

2) In malam partem = poena. Hom. μ 382. Hes. Op. 334. Eur. Or. 842. Polyb. 99 : 22 (I : 84 : 10) τοῦ δαιμονίου τὴν οἰκείαν ἀμοιβὴν αὐτοῖς ἐπιφέροντος τῇ πρὸς τοὺς πέλας ἀσεβείᾳ καὶ παρανομίᾳ, ubi legendum puto τῆς .... ἀσεβείας καὶ παρανομίας.

(Apud Plat. Leg. III 653D et Eur. Herc. Fur. 564 El. 1147 est *vicissitudo*, apud Herod. VII : 160 *responsum*).

ἀμφήριστος. *De quo certatur.* Hom. Ψ 382 et 527. Apoll. Rh. III 627. Polyb. 509 : 28 (V : 85 : 6) *φάλαγγες .... ἀμφηρίστους ἔχουσαι τὰς ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος ἐλπίδας.*

ἀμφίδρομος. *Ab utraque parte accurrens.* Aeschyl. frg. 61 (ex Hesychio); etiam sic pro *αὐρίδρομον* legendum coniecit Hermann frg. 66 : 5. Soph. Aias 351 *ἴδεσθε μ' οἷον ἄρτι κῦμα Φοινίας ὑπὸ ζάλης ἀμφίδρομον κυκλεῖται.* Polyb. 1300 : 2 (XXXIV : 2 : 5) apud Strabonem *τόποις ἀμφιδρόμοις οὖσι καὶ δυνέκπλοις διὰ τὰς παλιρροίας*: „locis ubi ob affluxum ac refluxum maris difficulter cursus teneri fretumque superari queat", sic Müller in Edit. Didot. Praeferrem (sermo est de freto Siculo) „locis ubi mare quasi ab utraque parte influit", itaque cursus aquae fit anceps.

ἀνακωχεύω. cf. *ἀνοκωχεύω.*

ἀνασκολοπίζω. *Cruci affigo.* Herod. I : 128, III : 159, IV : 43 et alibi. Fragmentum Polyb., si revera Polybii est, hoc verbum Ionicum continet, cf. ed. Hu. 751 : 2 (X : 33 : 8) *καὶ τούτους κατασχόντες πρὸ τοῦ τείχους ἀνεσκολόπισαν.* Diodor. V : 32 : 6 *τοὺς γὰρ κακούργους .... ἀνασκολοπίζουσι τοῖς θεοῖς.* — Attice *ἀνασταυροῦν.* Cf. Thuc. I. 110. Plato Gorg. 473C.

†ἀνασύρω. *Sursum traho.* Medium de mulieribus, quae vestes sursum trahunt, Herod. II : 60 *αἱ δ' ὀρχέονται, αἱ δ' ἀνασύρονται ἀνιστάμεναι.* Diodor. I : 85 : 3 *αἱ γυναῖκες .... δεικνύουσιν ἀνασυράμεναι τὰ ἑαυτῶν γεννητικὰ μόρια.* Hoc sensu apud Aristophanem invenio *ἀναστέλλεσθαι.* Cf. Eccles. 268. cf. Diod. I : 67 : 6. — Ceterum alia composita *τοῦ σύρειν* Attice satis nota sunt, cf. *ἀνασύρω* Thuc. VII : 43, *διασύρω* Diphil. frg. 74 et 75 pg. 566 ed. Kock, Alex. ed. Kock frg. 237 pg. 383, frg. 141 pg. 348, Aesch. Tim. § 132, Dem. *περὶ τοῦ στεφ.* § 180 et alibi, *ἐπισύρεσθαι* Xen. Cyn. 5 : 13.

ἀνατρέχω. In significatione „*Retrorsum curro*" poeticum est. Cf. Hom. Π 813, Ε 599, Λ 354; sic Polybio frequens cf. 179 : 28 (II :

67 : 6), 332 : 30 (IV : 12 : 5), 61 : 2 et 16 (I : 50 : 4 et 8), 602 : 17 (VII : 3 : 6), 243 : 22 (III : 53 : 10). Formula ἀνατρέχειν τοῖς χρόνοις ap. Polyb. 14 : 4 (I : 12 : 6), 118 : 29 (II : 14 : 1) videtur Pindarica. Cf. quae dixi in Pracf., et Pind. Ol. VIII : 54. Vulgaris vocis significatio est „sursum curro".

ἀνέκαθεν. *Desuper. Si a prima origine repetas.* Aeschyl. Eum 369 Choeph. 427 (de altera forma ἄγκαθεν vide Interpret. ad Agam. 3). Herodoto vox accepta cf. I 170. V 55, 65. VI 35, 125, 128. VII 221. Polyb. 145 : 6 (II : 35 : 10), 435 : 21 (V : 16 : 6), quo loco „τοῦ δ' Ἀράτου κατηγορήσαντος ἀνέκαθεν τὰ πεπραγμένα τοῖς περὶ τὸν Λεόντιον", ἀνέκαθεν iungendum est cum τὰ πεπραγμένα, non cum κατηγορήσαντος, ut quidam voluerunt. Sic collocavit verba Polyb., ut hiatum τὰ ἀνέκαθεν π. evitaret; alia exempla huiuscemodi mirae collocationis vide apud Kaelker. Quaest. de eloc. Polyb. in Leipz. Stud. III . 2 pg. 259. Cf. porro Polyb. 699 : 16 (IX : 33 : 1), 823 : 10 (XII : 12 : 1), 940 : 3 (XVI : 12 : 2).

ἀνέτοιμος. *Qui paratus non est.* Occurrit in frg. Hesiodi (Göttling ed. III. 1878, N°. 186) apud Schol. Theocriti: „νήπιος, ὃς τὰ ἕτοιμα λιπὼν ἀνέτοιμα διώκει". Polyb. 835 : 4 (XII : 20 : 6) τί δ' ἀνετοιμότερον Φάλαγγος ἐν μετώπῳ διαλελυμένης καὶ διεσταμένης; Diod. XII : 41 : 7 ἀνετοίμων ὄντων τῶν κατὰ τὴν χώραν.

ἀνίκητος. *Invictus. Insuperabilis.* Ἀνίκητος apud solos fere poetas in usu est (semel apud Platonem Rep. II 375B idque tantum ad variandam dictionem: ἦ οὐκ ἐννενόηκας ὡς ἄμαχόν τε καὶ ἀνίκητον θυμός, οὗ παρόντος ψυχὴ πᾶσα πρὸς πάντα ἄφοβός τε καὶ ἀήττητος;), qui ἀήττητος ignorant, cum ratione inversa prosae scriptores utuntur ἀήττητος cf. Thuc. VI : 70 : 3, VII : 44 : 3. Plato l.l. et Menex. 243D. Demosth. alii. E locis Sophoclis et Euripidis sufficiat afferre Antig. 871: „Ἔρως, ἀνίκατε μάχαν". Polybius ἀήττητος passim, nusquam ἀνίκητος usurpat, Diodorus vero ἀνίκητος XIX : 15 : 2, XV : 1 : 4.

ἀνίσχω. Forma *ἀνίσχω* in significatione „*in altum tollo*", quae occurrit in Polyb. 921 : 14 (XV : 29 : 14) *τοῖς θεοῖς ἀνίσχουσαι τὰς χεῖρας* est Homerica cf. Il. Θ : 347, O : 369 *πᾶσι θεοῖσιν χεῖρας ἀνίσχοντες* cf. E : 798 (cf. tamen *παρανῖσχον Φρυκτοὺς* apud Thuc. III : 22 : 8).

Pedestre est hoc sensu *ἀνέχω*.

ἀνοκωχεύω. *Retineo navem in alto.* Herodot. VI : 116, VII : 100, 168 et alibi; significatione translata pro „inhibere" Soph. El. 732: „*ἔξω παρασπᾷ κἀνοκαχεύει παρεὶς κλύδων' ἔφιππον ἐν μέσῳ κυκώμενον.*" Diodor. XI : 18 : 5 *ἀνοκωχεύοντες δ' ἀνεχώρουν εἰς τὴν εὐρυχωρίαν.* Certatim vv. dd. veras formas *ἀνοκωχή* et *ἀνοκωχεύω* restituentibus, retinuit Jacoby in edit. Dionysi III : 16 § 3 *ἀνακωχή*, cf. v. Herwerden Annot. criticae ad Dionysi Ῥ. *ἀρχ.* libros III primos (Verslagen Kon. Akad. 1886, pg. 86). Ceterum notandum est initio eiusdem capitis legi *δεχημέρους ποιησαμένους ἀνοχάς.* Num credibile est Dionysium modo *ἀνοχάς*, modo post 25 versus in eadem formula *ἀνοκωχάς* dixisse?

ἀνταυγής. *Lucis reflexionem habens.* Aristoph. Thesmoph. 902 qui versus tragicum colorem habet (cf. v. d. Sande Bakh. Paroed. pg. 125) *στέψον ἀνταυγεῖς κόρας.* Orph. Hymn. ed. Abel VII : 5 *Ἀστέρες ἀνταυγεῖς*, LXX : 7 *ἀνταυγῆ ἄγλην.* Diodor. XVII : 82 : 5 *λευκὴν καὶ ἀνταυγῆ τὴν χιόνα*, cf. eodem capite § 3 *διαύγεια* i. e. foramen luci excipiendae.

†ἀντηχεῖν. *Resono.* Eur. Alc. 423 *ἀντηχήσατε παιᾶνα.* Med. 426 *ἐπεὶ ἀντάχησ' ἂν ὕμνον.* Polyb. 1065 : 20 (XXII : 11 : 12) *ἀντήχουν γὰρ πρὸς τὸν ἐκτὸς ψόφον.*

ἀντίος. *Ex adverso positus. Oppositus.* Homero passim (A 535, Z 54, N 146 al.) Pind. Nem. X 79. Aesch. Agam. 499. Pers. 694, 701. Soph. Trach. 123 et Eurip. In prosa Herod. IX : 18, 62. V : 18 VIII : 6 et saepe alibi (secundum van Herwerden Herodotus *ἀντίος* significatione locali, *ἐναντίος* figurata ponit). Deinde Xenophon hoc Ionico et poetico vocabulo usus est,

cf. Anab. I : 8 : 17, VI : 6 : 34, Cyrop. I : 4 : 8, V : 4 : 7, VI : 3 : 13. Polyb. 312 : 3 (III : 113 : 7), 240 : 21 (III : 51 : 5), 72 : 10 (I : 60 : 6), 229 : 32 (III : 42 : 7), 568 : 13 (VI : 28 : 2).

ἀντίπαις. *Adultus.* Aesch. Eumen. 38 δείσασα γὰρ γραῦς οὐδὲν, ἀντίπαις μὲν οὖν, ubi auctore Herwerdeno Mnem. XIV pg. 56. legendum verborum climace observata δείσασα γὰρ γραῦς ἀντίπαις, οὐδὲν μὲν οὖν. Eur. Androm. 326 ὅστις θυγατρὸς ἀντίπαιδος ἐκ λόγων. Secundum Pollucem II : 9 utebantur hac voce οἱ νέοι κωμικοὶ, e quibus multo pauciora verba in elocutionem Polybianam redundarunt, quam expectares. Polyb. 926 : 5 (XV : 33 : 12) ἀντίπαιδα τὴν ἡλικίαν ὄντα et 1164 : 29 (XXVII : 13 : 4) ἀντίπαιδα κατὰ τὴν ἡλικίαν ὄντα. Diodor. XVI : 38 : 6 ἀ. τὴν ἡλικίαν ὄντα, XXVI : 15 (Exc. de virt. et vit. W. 568) καὶ τὴν ἡλικίαν ὄντος ἀ., XXXIII : 5A (Exc. Esc. p. 25 Feder) ἀντίπαιδες ἔτι τὴν ἡλικίαν ὄντες. — Altero loco Polybii κατὰ aut a librariis aut ab eclogario additum videtur; cogitare posses de legendo „ἔτι", nisi ita hiatum intruderes.

ἀντιφωνεῖν. *Contra sono. Respondeo.* Aesch. Eumen. 303 οὐδ' ἀντιφωνεῖς ἀλλ' ἀποπτύεις λόγους, cf. Soph. Aias 773 Phil. 1065 et alibi. Apud Polyb. „respondeo per litteras" cf. 640 : 30 (VIII : 18 : 11), 642 : 3 (VIII : 19 : 8). 904 : 31 (XV : 18 : 6).

ἀπήνη. Ante Polybium nusquam in prosa; passim apud poetas cf. e. g. Hom. ζ 57, 73, 75, 78, 88, 90 Pindar Ol. V : 3. Aesch. Ag. 1039 Soph. Oed. Rex. 753 Eur. Troad. 572. Xenarch. ed. Kock frg. 11 pg. 472. Polyb. 1270 : 13 et 27 (XXXII : 12 : 4 et 7). Diodor. XI : 56 § 7 et 8; in frg. libror. XXXIV et XXXV : 2 § 34. (Dindorf ap. Teubn. V tom. pg. 97 : 8) τετρακύκλους ἀπήνας.

ἄπλετος. *Immensus.* Polybius dicit ἄπλετος (non ἄπλατος); consentiunt manuscripti 60 : 32 (I : 50 : 3) ἄπ. θόρυβος. 297 : 18 (III : 100 : 8) ἄπ. πλῆθος, idem 402 : 11 (IV : 75 : 1) et 288 : 1 (III : 92 : 8) ubi tamen Bavaricus et Urbinas (e collatione Spalletti; „quod incredibile" dicit Hultsch) exhibent ἄσπετος; restituit postremo loco ἄπλετος Ernestus. Polyb. igitur dicit ἄπλετος. — Apud

Diodorum II : 49 § 3 τερέβινθος ἄπλατος (sic edidit Wesseling; Reg. ἄπλαστος, Vatic. ἄπαστος); ἄρκευθος ἄπλατος II : 49 § 4 (cod. et edit.); φόρτος ἄπλετος III : 19 § 5 (Wessel. et sic deinceps; ἄπλαστος in Coisl. et Mut.); III : 40 § 4 θήραν ἄπλετον (θήρας ἀπλάτους in Coisl. et Mut.); III : 50 § 4 μέγεθος ἄπλετον (ἄπλαστος Coisl. et Mut.); III : 70 § 4 ἄπλετον φλόγα (Reg. ἄπλαστον); IV : 13 § 3 κόπρον ἄπλετον (ἄπλατον Coisl. et Mut.); IV : 21 § 5 ἄπλετον πῦρ (ἄπλατον Coisl.); V : 37 § 4 ἄπλετον ὕδωρ (ἄπλατον Coisl. et Mut.). Omnibus locis edidit Dindorf et in edit. Didot. et in edit. Teubneriana ἄπλατος. Sed quoniam Diodor. in multis Polybianam elocutionem secutus est, quoniam qui paulo antiquior fuit Apollodorus et sequiores Dio Cassius Appianusque dicunt ἄπλετος, quoniam tandem Coislinianus et Mutinensis deterioris κόμματος sunt, (ἄπλαστος et ἄπαστος non in censum veniunt) haud dubitarim omnibus locis rescribere ἄπλετος. Hanc ratiocinationem cuius fundamenta inveniuntur in Thes. Steph. I : 2 : 1337 hic repeto, quia non intellego cur in postremis editionibus ἄπλατος scribatur. — Voce ἄπλετος usi sunt Pind. Isthm. IV : 11 Soph. Trach. 982 (aliis locis Tragici et Pindarus usurparunt ἄπλᾱτος) Herod. passim; Plato Soph. 246C Leg. III : 683A. Xen. Anab. IV : 4 : 11 cf. Gramm. Bekk. pg. 425 : 7 et Pollux III : 88.

ἀποκορυφοῦν. *In verticem conformo.* Polyb. 238 : 9 (III : 49 : 6) cf. Herod. V : 73 ἀπεκορύφου σφι τάδε: brevibus verbis hoc responsum iis dedit. Κορυφοῦν Hom. Δ 426 Pind. Ol. I : 116 Ἐκκορυφοῦν apud Hesiod. Opera 106: εἰ δ' ἐθέλεις, ἕτερόν τοι ἐγὼ λόγον ἐκκορυφώσω, versus spurius, cf. ed. Göttlingi. Attice κεφαλαιοῦν pro „summatim attingo" cf. Thuc. III : 67.

ἄποψις. *Adspectus.* Herod. I : 204 πεδίον ἐκδέκεται πλῆθος ἄπειρον ἐς ἄποψιν. Apud Polyb. 805 : 10 (XI : 31 : 8) *adspectus oris, vultus:* ὥστε παραπλησίους εἶναι πάντας ἐκ τῆς ἀπόψεως τοῖς ὁρῶσι τοὺς πολεμίους.

ἀρτύω. *Apparo. Instruo.* Verbum Homericum, cf. γ 152, δ 771, υ 242, Σ 379 et alibi (alia forma ἀρτύνω passim) Herod. I : 12 Polyb. 911 : 20 (XV : 25 : 2) ἀρτῦσαι φόνον. — De cibis condiendis dicitur apud Soph. frg. Phaeac. 600 et 601 et apud posteriores inde ab Aristotele. — Attici posteriore sensu σκευάζω, priore, παρασκευάζω et κατασκευάζω.

ἀρχῆθεν. *Ab initio.* cf. Phryn. Lob. pg. 93 : Ἀρχῆθεν ποιηταὶ λέγουσι, τῶν δὲ καταλογάδην δοκίμων οὐδείς, ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς. Bekk. Anecd. 450 : 4 Ἀρχῆθεν οὐκ ἔστι παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς, πλὴν παρ' Αἰσχύλῳ, παρ' Ἡροδότῳ (I : 131, II : 138, III ; 80, VIII : 22, V : 18, VII : 104) δὲ ἔστι καὶ τοῖς Ἴωσι cf. Pindar. Ol. IX : 55 Isthm. IV : 7 Soph. in corrupto frgm. Andromedae frg. 132. — Polyb. 61 : 5 (I : 50 : 5), 153 : 4 (II : 43 : 3) 863 : 25 (XIII : 4 : 6).

ἀσάλευτος. *Inconcussus, Immobilis.* Eur. Bacch. 389 καὶ τὸ φρονεῖν ἀσάλευτόν τε μένει καὶ ξυνέχει δώματα. Ante Polyb. non occurrit in prosa, nam Axioch. pg. 370 D ἀσαλεύτῳ ἡσυχίᾳ εὐδιαζόμενος, ut incerti scriptoris, in censum non venit. Polybius adverbio utitur 674 : 22 (IX : 9 : 8) ἀσαλεύτως καὶ βεβαίως, Diodorus adiectivo cf. II : 48 : 4 ἐλευθερίᾳ ἀσ. III : 47 : 8 εὐδαιμονία ἀσ. V : 15 : 3 αὐτοτομία ἀσ. XII : 28 : 4 σπονδαὶ ἀσάλευτοι.

ἀσινής. Ubi significat „*incolumis*" „*illaesus*" vetusto tempore occurrit tantum apud poetas et Ionicos scriptores cf. Hom. λ 110 μ 137. Aeschyl. Choeph. 1018 Eumen. 315. Herod. passim. Postea eo usus est Polybius 128 : 28 (II : 22 : 5) ἄθραυστοι καὶ ἀσινεῖς. 904 : 18 (XV : 18 : 2) ἀσινεῖς Καρχηδονίους. Diodor. XI : 89 : 7 διαμένουσιν ἀσινεῖς.

Notione activa et in prosa (Xen. et Plat.) et in poesi legitur.

ἄσπετος. Dubia lectio apud Polyb. Cf. hunc indicem s. v. ἄπλετος.

ἀσπιδιώτης *Clypeatus* i. e. miles. Hom. Β 554 Π 167 ἀνέρας ἀσπιδιώτας) Theocr. XIV : 67 θρασὺν ἀσπιδιώταν et XVII : 93. Polyb. 745 : 20 (X : 29 : 6) Κρῆτας ἀσπιδιώτας 747 : 6 (X : 30 : 9) τῶν δ' ἀσπιδιωτῶν ἐφεδρευόντων. Attice ὁπλίτης.

ἀσυλία. *Securitas inviolata.* Aeschyl. Suppl. 610 ἐλευθέρους κἀρρυσίαστους ξύν τ' ἀσυλίᾳ βροτῶν. Polyb. 401 : 15 (IV : 74 : 2) ἡ παλαιὰ καὶ πάτριος ἀσυλία. Diodor. XXXVI : 15 § 2 (Exc. de legat. 631 W.) τῶν πρεσβευτῶν ἀσυλία.

†ἄσυλος. *Inspoliatus, a violentia tutus, sacrosanctus.* Eurip. Med. 387, 728, Hel. 61, 1587. Plato Legg. IX : 866D ἐκπεμπέτω ἄσυλον. Polyb. 340 : 13 (IV : 18 : 10) dicit ἱερὸν ἄσυλον, idem 701 : 13 (IX : 34 : 7) et 941 : 8 (XVI : 13 : 2). Diod. IV : 62 § 4 τέμενος ἄσυλον, VIII : 1 § 2 (Exc. de virt. 547 W.) τὴν χώραν καὶ τὴν πόλιν ἱερὰν καὶ ἄσυλον, idem XI : 89 § 6. Casui adscribo, quod ἄσυλος non saepius in prosa occurrit.

ἀτμός. *Flatus, Halitus, Vapor.* Aeschyl. Agam. 1311. Eumen. 140 Frg. 195 Eurip. frg. 781 (e Phaethonte). Apoll. Rhod. ed. Merkel IV : 598 Alex. ed. Kock frg. 124 : 16 pg. 341 ubi cod. ἀτμίς· hic illic apud Hippocrat. Diodor. II : 12 : 2 προσβάλλει γὰρ ἀτμὸν θειώδη καὶ βαρύν. Herod. Plato (et Hippocrat. aliis locis) dicunt ἀτμίς. — Forma ἀϋτμή est mere poetica.

ἀτρεκής. *Verus, Certus, Accuratus.* (ἀκριβής Att.) Hom. utitur ἀτρεκέως et ἀτρεκές (Adv.) cf. Ε 208, ρ 154, π 245. Pindar. Ol. III : 12 ἀτρεκὴς Ἑλλανοδίκας, Nem. III : 41 ἀτρεκεῖ ποδί, Pyth. VIII : 7 καιρῷ σὺν ἀτρεκεῖ, Nem. V : 17 ἀλάθει' ἀτρεκής. Herod. ἀτρεκέως passim, etiam Adi. Deinde Hippocr. — Polyb. 6 : 10 (I: 4 : 9) ἐπιστήμην δὲ καὶ γνώμην ἀτρεκῆ σχεῖν ἀδύνατον, 225 : 7 (III : 38 : 1) λέγειν ἀτρεκῶς.

αὐθέντης. *Qui propria manu aliquem occidit. Carnifex.* Aeschyl. Agam. 1573. Eum 212. Eurip. passim. Herod. I : 117 Antiphon. Tetral. Β. γ. § 4 ed. Jernstedt pg. 30 : 3, quod plus sane momenti haberet, si satis constaret Tetralogiarum auctorem esse ipsum Antiphontem, qua de re dubitavit van Herwerden, qui recentiorem sophistam eumque in Ionia natum esse suspicatur Mnemos. IX : 203, quacum opinione, quam alii impugnarunt, usus vocis αὐθέντης congrueret.

Maior autem fuit inter veterem Atticam dialectum et Ionicam necessitudo quam fuit postea, quod in hac quaestione non est neglegendum. Deinde Thuc. III : 58 : 5 in elato sermone (verba sunt Plataeensium *τί ἄλλο ἢ ἐν πολεμίᾳ τε καὶ παρὰ τοῖς αὐθένταις πατέρας τοὺς ὑμετέρους καὶ ξυγγενεῖς .... καταλείψετε*), quo loco vid. Schol. *παρὰ τοῖς αὐθένταις] τοῖς φονεῦσιν. αὐθένται κυρίως οἱ αὐτόχειρες, καὶ οἱ πολέμιοι· οἱ δὲ νῦν αὐθέντας τοὺς κυρίους καί δεσπότας.* Mutata igitur significatione adhibuerunt sequiores et rectissime Marklandus Eurip. Supplic. 442 pro *αὐθέντης χθονὸς* „*εὐθυντὴς χθονὸς*" scripsit, nisi forte praestat, (ut magis poeticum) *εὐθυντήρ*. Ergo „*Auctor*" est apud Polybium cf. 1106 : 10 (XXIII : 14 § 2) *τὸν αὐθ. γεγονότα τῆς πράξεως.* — Diodor. XVI : 61 § 1 *τοῖς αὐθ. τῆς Ἱεροσυλίας*, XVII : 5 § 4 *τὸν αὐθ. τῶν ἀνομημάτων.*

ἄφαντος. Occultus. Qui evanuit. Hom. Υ : 303. Pindar. Ol. I : 46. Nem. VIII : 34. Apud Tragicos passim. Nusquam in prosa ante Diodorum IV : 6 § 8 *Ἀμφιάραος ἄφαντος ἐγένετο.* III : 60 § 3 *Ἔσπερον .... ἐξαίφνης ὑπὸ πνευμάτων συναρπαγέντα μεγάλων ἄφαντον γενέσθαι.* — Attici dicunt *ἀφανής*.

ἄφη. Accensio. Quamquam *ἅπτω* Attico sermone volgare est, formula „*περὶ λύχνων ἀφάς*" Ionica videtur, occurrens in Herod. VII : 215. Diod. XIX : 31 § 1, 43 § 5.

ἀχθοφόρος. Onera ferens. Apud Herodotum VII : 187 *τῶν ἄλλων κτηνέων τῶν ἀχθοφόρων.* Diodor. XVII : 71 § 2 *ἡμιόνων πλῆθος, τῶν μὲν ἀχθοφόρων, τῶν δὲ ζευγιτῶν, πρὸς δὲ τούτοις καμήλους ἀχθοφόρους τρισχιλίας.* — Attice dicitur *σκευοφόρος*.

B.

†βᾶρις. *Aegyptiacum quoddam navigii genus.* cf. Aesch. Pers. 554, 1075 Suppl. 837, 874 Herod. lib. II, passim. Diodor. I 92 § 2 ubi de moribus Aegyptiorum agit, ἡ μὲν βᾶρις καθέλκεται, I 96 § 8 τὸ μὲν γὰρ διακομίζον τὰ σώματα πλοῖον βᾶριν καλεῖσθαι, ambobus locis de cymba Charontis agens. Iniuria hoc vocabulum Ionicum vocat Gregor. Corinth., cf. Valcken. ad Ammon.

βάσταγμα. *Onus.* Eurip. Suppl. 767 δεινὸν μὲν οὖν βάσταγμα κἀσχύνην ἔχον. Polyb. 1325 : 17 (XXXVI : 4 : 7) Δῆλον ἐγένετο διότι μέγα τὸ βάσταγμα τῆς πόλεως ἦν. (frg. ex Suida s. v. βαστάσας. cf. βαστάζω in Praefat. — Attice βάρος et ἄχθος.

βληχρός. *Debilis.* Homerus dixit ἀβληχρός, qui post eum scripserunt poetae promiscue duas formas usurparunt, sed prosae scriptores dicunt βληχρός, cf. quae dixi in Praefat. de ἀσπαίρω et ἀστεροπή. Primus prosae scriptor apud quem βληχρός occurrit est Diodorus, cf. III : 51 : 2 τοὺς δὲ (scil. ἀνέμους) παντελῶς εἶναι βληχροὺς καὶ κωφούς. I : 41 : 10 πνοὰς εἶναι βληχρὰς καὶ ἀτόνους. — Attice diceres λεπτός, ἀσθενής.

βουθυσία. *Boum immolatio.* Vox Pindarica, cf. Pindar. Nem. X : 23, Ol. V : 6. Deinde Diodor. I : 48 § 3 βουθυσίας τοῦ βασίλεως. Verbum βουθυτεῖν etiam in Attica prosa occurrit, cf. Aeschin. Ctesiph. § 77. Aristoph. Plut. 819.

βουφόνος. *Boves caedens.* Aeschyl. Prom. 531 θοῖναι βουφόνοι, Hymn. Mercur. 436. Diodor. IV : 12 : 5 ἕτεροι δὲ (scil. τῶν Κενταύρων) ἔχοντες βουφόνους πελέκεις.

βρίθω. *Onustus sum.* Hom. passim, Hesiod. Op. 466 Pind. Nem. III 40 Pherecrates frg. 190 ed. Kock. Diodor. II : 40 : 5 ἡ χώρα καρποῖς βρίθουσα. Alia significatione, nempe „*inclinor*", usi sunt praeter poetas Plato Phaedr. 247 B βρίθει γὰρ ὁ τῆς κάκης ἵππος μετέχων, [Hippocrates] ed. Ermerins Vol. II pg. 136 et Aristoteles Probl. 15.

Ceterum vox neque hac neque illa significatione, quae facile e priore derivatur, usquam in prosa occurrit ante Diodorum l.l. Attice γέμειν τινός.

Γ.

γενετή. *Ortus.* Verbum Homericum: cf. Ω 535, σ 5. In Herod. IV : 23 lectio incerta est. Recentior enim (sed eadem saepe melior) codicum familia habet ἐκ γενετῆς, antiquiores libri habent ἐκ γενεῆς, in quo conspirant libri III : 33. Ceterum Herodoti imitator Pausanias constanter dicit ἐκ γενετῆς, quare difficile est certi quid affirmare de usu Herodoteo, sed Aristoteles γενετή usurpat, cf. Eth. 6 : 13. Deinde Polyb. 206 : 24 (III : 20 : 4). Diodor. I : 24 § 4, IV : 24 § 4, V : 32 § 2, XVII : 105 § 4.

Δ.

δαίνυμι. *Epulas do.* Formula γάμον δαῖσαι Diod. V : 49 : 1 ex Homero sumpta est. Cf. Τ 299 Pindar. Nem. I : 72 δεξάμενον θαλερὰν Ἥβαν ἄκοιτιν καὶ γάμον δαίσαντα cf. Lycophr. Alex. 146 Eur. Iphig. Aul. 123, 707. — Attici usurpant ἑστιᾶν et θύειν γάμον (γάμους).

*δαιτρεύω. *Carnes divido.* Verbum Homericum cf. Λ 704 Ξ 433. De significatione „*laniare*" apud alios epicos vide Lehrs Aristarch. pg. 161 et 162. Occurrit apud Polyb. 838 : 13 (XII : 24 : 2) sed e nexu patet eum tantummodo hanc vocem ex alio citare, non ipsum usurpasse.

*δάμνημι. *Domare.* Olim edebatur in loco corruptissimo Polyb. 1244 : 21 sqq. (XXXI : 13 : 2) ἐπειδὴ γὰρ οὐκ ἠδυνήθησαν οἱ Τρόκμοι δι' αὐτῶν ἀποτεμέσθαι τῆς Καπποδοκίας οὐδὲν, ἀλλ' ἐκ χειρὸς [ἀεὶ ἐδάμησαν, τὸν Καππαδόκην ἐπιβαλόμενοι πολεμεῖν (vel τόλμαν)] καταφυγόντες ἐπὶ Ῥωμαίους διαβάλλειν ἐπειρῶντο τὸν Ἀριαράθην. Quomodo Hultschius et Madvigius locum restituerint, vide in editione H quae prodiit anno 1872. — Postea v. Herwerden anno 1873 sic in Mnemos. I pg. 180 correxit: „ἐκ χειρὸς ἐκομίσαντο (i. e. ἔδοσαν) τὴν δίκην, ἐπιβαλόμενοι τολμᾶν καταφυγόντες κτἑ., collato 1317 : 1 (XXXV : 2 : 7).

δαψιλής. *Largus, Copiosus.* Herod. δαψιλέι δωρεῇ III : 130. Epicharm. ed. Lorenz pg. 265 frg. 35 (spurium), Callim. Hymn. in Delum 125: δαψιλὲς ἠπείλησεν, Lycophr. Alex. 957, Sophil. ed. Mein. III : 582. Polyb. 491 : 18 (V : 68 : 2), 494 : 8 (V : 70 : 5) Diodor. passim: cf. I : 34 § 5, 6, 11, II : 48 § 3 XII : 3 § 2 et alibi. Adv. δαψιλῶς I : 53 § 3 et alibi, cf. iam Xenoph. Mem. II : 7 : 6 et Cyrop. I : 6 : 14 Theocr. VII ; 145. Substantivum δαψίλεια ante Polybium non in usu est. Magis vulgare ἄφθονος.

δέρος. *Pellis.* Vox tragicorum usu teritur, similiter δέρας. Vulgo est „aureum vellus, quod Argonatae petebant", cf. Apollodorus et Apollonius. Apud Diodorum hac significatione passim cf. IV 16 § 1 τὸ χρυσόμαλλον δέρος, IV 32 § 1, 40 § 3 et alibi. — Attice δέρμα.

δίαιμος. *Sanguinolentus.* Eurip. Hec. 656 δίαιμον ὄνυχα τιθεμένα σπαραγμοῖς. Hippocr. p. 267 : 40. Polyb. 635 : 22 (VIII : 14 : 5) καί τι τῶν πρὸς τῷ τοίχῳ πτυσμάτων .... δίαιμον ὕπαρχον. Attice αἱματώδης.

διαλαλεῖν. *Divulgo. Loquor.* Eurip. Cycl. 175 διαλαλήσωμέν τι σοι Polybio satis frequens, cf. 100 : 4 (I : 85 : 2), 698 : 9 (IX : 32 : 1), 1099 : 17 (XXIII : 9 : 6), Diodor. XIV : 64 § 4.

διανταῖος. *Adversus.* Aesch. Eum. 334. Sept. 895, διανταίαν λέγεις πλαγάν, Choeph. 184, 640. Eurip. Ion. 767 (cf. v. Herw. ad hunc locum) Diodor. XVI : 94 § 3 καὶ διὰ τῶν πλευρῶν διανταίαν ἐνέγκας πληγήν.

διαφαίνω. *Interlucco.* Διαφαινούσης ἡμέρας est formula Herodotea, cf. VII : 219 VIII : 83 IX : 47 (ἠὼς διέφαινε). Polyb. 986 : 3 (XVIII : 2 : 5) τῆς ἡμ. διαφ. cf. 988 : 21 (XVIII : 5 : 2) τῆς ὀμίχλης ἤδη διαφαινούσης. Diodor. XVI : 18 : 3 XVII : 33 : 6 cf. Pindar. Pyth. III : 44. Ceterum verbum in prosa satis est frequens. — Atticis in usu est ἡμέρα et ἔαρ ὑποφαίνεται.

διαφώσκω. *Illucescere.* Herod. III : 86 Ἅμ' ἡμέρῃ δὲ διαφωσκούσῃ et IX : 45. Polyb. 1254 : 6 (XXXI : 22 : 13) ἅρτι διαφώσκοντος. Diodor. XVIII : 72 § 8 διαφωσκούσης τῆς ἡμέρας. De scriptura non constat. In Herod. III R habet διαφαυσκούσῃ, in IX διαφωσκούσῃι A^2, διαφασκούσῃι A^1 B, διαφαυσκούσῃ reliqui; Stein et v. Herwerden cum ω edunt; apud Diodorum omnes codices cum ω (uno Reg. I excepto); In XIII : 18 § 6 omnes ὑποφωσκούσης, unus ἐπιφωσκούσης. In Polyb. διαφάσκοντος, e quo Ursinus διαφώσκοντος fecit, et Reiskius diphthongum αυ, revocavit, quod edidit Hultsch. Ut mecum communicavit vir clar. v. Herwerden, hodie plus inclinat in eam partem, ut apud Herodotum διαφαύσκω verius putet propter substantivum ὑπόφαυσιν VII : 36. Cf. Homerica forma πιφαύσκω.

†δίκωπος. Σκάφος δίκωπον, quod duobus remis agitur, cf. Eurip. Alc. 252, 444 (ἐλάτᾳ δικώπῳ). Polyb. 1301 : 5 (XXXIV : 3 : 2) ἐν δικώποις σκαφιδίοις.

†δίμορφος. *Biformis.* Lycophr. 111 διμόρφου γηγενοῦς. cf. 892. Diodor. II : 51 § 2 δίμορφα γένη ζῴων, IV : 5 § 2 δίμορφον δ' αὐτὸν δοκεῖν ὑπάρχειν διὰ τὸ δύο Διονύσους γεγονέναι.

δινεύω. *Circumago.* Verbum Homericum, cf. Σ 543 δ 19 Eurip. Phoen. 792. Diodor. XVII : 43 § 1 et 45 § 3, διά τινων ὀργάνων τούτους δινεύοντες. — Verbum δινέω, poetis volgare, hic illic in prosa occurrit, cf. Plato Euthyd. 294E Xen. Anab. V : 9 : 9. Substantivum δίνη apud Platonem satis frequens.

δίπτυχος. *Duplex.* cf. Homer. A 461 B 424 γ 458 ν 224 μ 361 μηρούς τ' ἐξέταμον κατά τε κνίσῃ ἐκάλυψαν δίπτυχα ποιήσαντες. Herod. VII : 239 δελτίον δίπτυχον λαβών. Soph. frg. 164 Dind.

δίπτυχοι ὀδύναι. Eurip. Ion. 1010 δίπτυχον δῶρον, Orest. 633 δ. ὀδούς. Aristoph. ed. Blaydes. frg. 550. (Phoen. frg. I) Εἰς Οἰδίπου δὲ παῖδε, διπτύχω κόρω. Aristot. H. A. III : 5 utitur forma διπτυχής. — Diodor. II : 56 § 5 δίπτυχον μὲν γὰρ αὐτοὺς ἔχειν τὴν γλῶτταν. Veteres διπλοῦς, διπλάσιος.

δίστομος. *Duo habens ostia.* Soph. Phil. 16 δ. πέτρα, Oed. Col. 900 δ. ὁδοί, Polyb. 1309 : 16 (XXXIV : 10 : 5) φήσας εἶναι μὴ πεντάστομον, ἀλλὰ δίστομον de fluvio Rhodano. Eur. Hel. 989 Orest. 1303 hac voce utitur de gladiis, ergo „utrimque acutus", cf. ἀμφίστομος in Praef. mea.

διωγμός. *Persecutio.* Aesch. Suppl. 148, 1047 Eur. Iphig. Taur. 1435. Orest. 412 Herc. Fur. 898. Diodor. III : 38 § 4 διωγμὸν ἡμερήσιον. (II : 19 § 8 hodie ὠσμὸς ἐγίνετο legitur pro διωγμὸς ἐγίνετο). Apud Polybium δίωγμα occurrit, quod in Platone quoque est. Atticis usitatius est δίωξις.

δόλιος. *Dolosus.* Hom. δ. 455, 529. Aesch. Prom. 570. Agam. 155, 1495. Choeph. 726. Eurip. et Soph. — Aristoph. Plut. 1157 de Herme. Olim legebatur in prosa apud Xenophontem Anab. I : 4 : 7 δολίους ὄντας, ubi hodie δειλοὺς restitutum est. Polyb. 1073 : 12 (XXII : 17 : 1), 588 : 6 (VI : 47 § 5). Attice δολερός, πανοῦργος.

δόμος. In Prosa occurrit tantum in significatione „ordo structurae" idque apud Herodotum I : 179 διὰ τριήκοντα δόμων πλίνθου et II : 127, igitur „compages lapidum". Polyb. 740 : 13 (X : 22 : 7) καθ' ἕνα δόμον, Diodor. I : 64 § 7 τοὺς δὲ τοίχους ἐπὶ μὲν πεντεκαίδεκα δόμους κατεσκεύασεν, XVII : 115 § 2 εἰς τριάκοντα δὲ δόμους διελόμενος τὸν τόπον, cf. Thucydides III : 20 : 3 ξυνεμετρήσαντο δὲ (scil. τὰς κλίμακας) ταῖς ἐπιβολαῖς τῶν πλίνθων et mox ibidem ἠριθμοῦντο δὲ .... τὰς ἐπιβολάς.

δορίκτητος. *Bello acquisitus.* Hom. I 343 δουρικτήτην περ ἐοῦσαν. Eurip. Androm. 155 δορίκτητος γυνή, Polyb. 1019 : 20 (XVIII : 34 : 4) πᾶσαν τὴν Λυσιμάχου βασιλείαν δορίκτητον γενέσθαι Σελεύκου. Diod. IV : 33 § 5 καὶ τὴν βασιλείαν ὡς δορίκτητον Τυνδάρεῳ

παρέθετο, XII : 83 § 6 δορίκτητον ποιήσασθαι τὴν κρατίστην τῶν νήσων. In Eur. Hec. 478 pro δορίκτητος recte editur δορίλητος, quae forma tantum apud poetas occurrit. Forma δοριάλωτος in prosa quoque reperitur cf. Isocrat. Panegyr. § 177. Xen. Cyrop. VII : 5 : 35 Herod. VIII : 74 IX : 4, sed volgatius est αἰχμάλωτος.

δοσίδικος. cf. δωσίδικος.

δυσπαραίτητος. *Inexorabilis.* Aesch. Prom. 34 Διὸς γὰρ δ. φρένες. Polyb. 1239 : 4 (XXXI : 7 : 13) δ. ὀργή.

δυσπέρατος. *Transitu difficilis.* Eurip. Med. 645 δ. αἰών. Diodor. XX : 38 § 4 τὸ ῥεῖθρον δυσπέρατον.

δυσποτμεῖν. *Adversa fortuna uti.* Teste Suida usus est hoc verbo Polyb. cf. Frg. Gramm. ed. Didot. 41. (Hoc fragm. Hultschius omisit). Si illi fides habenda est, inter poetica vocabula hoc recipiendum, nam derivatur a δύσποτμος, quod tantum apud Tragicos occurrit, cf. Aesch. Prom. 119 Sept. 813.

δυςπρόςιτος. *Qui difficulter adiri potest.* Eurip. Iphig. Aul. 345. Diodor. XV : 42 : 1 δυσπροσίτου παντελῶς οὔσης τῆς Αἰγυπτου, cf. XX : 102 § 4. Atticorum usus pedestris requirit δυσπρόσοδος; ita apud sequiores occurrit εὐπρόσιτος, ubi Atheniensis dicebant εὐπρόσοδος.

δωροφάγος. *Qui dona vorat.* Hesiod. Op. 221 et 264. Polyb. 548 : 26 (VI : 9 : 7). Poetica vox pro δωροδόκος.

δωσίδικος. *Qui iudicio se submittit.* Herod. VI : 42 ἵνα δοσίδικοι εἶεν καὶ μὴ ἀλλήλους φέροιέν τε καὶ ἄγοιεν (sic Stein et. codd. excepto uno). Polyb. 323 : 9 (IV : 4 : 3) δωσιδίκους παράσχῃ τοὺς ἠδικηκότας. Sic edidit Hultsch, secundum A optimum mss. Vaticanum 124. Etiam Herodoto δωσίδικοι reddendum est e codice Sancroftiano, quam lectionem iam probavit Wesselingius, male vulgatam defendente Schweighäusero. Nuperrime monuit Cobetus Mnemos. Vol. XII pg. 156, cf. προδωσέταιρος, λυσίμαχος, φυσίζοος. Videatur etiam Papyrus Graec. anni 146 a. Chr. apud Letronne, Journal des savants 1833 pg.

330: ubi agitur de eo qui fugitivum indicarit παρ' ἀνδρὶ ἀξιοχρέῳ καὶ δωσιδίκῳ i. e. homini diviti, qui possit poenas solvere.

E.

ἐγγελᾶν. *Irrideo.* Hoc compositum verbi γελᾶν in prosa nusquam occurrit ante Diodorum frg. libr. XXXVIII et XXXIX: 19 (ed. Dindorf. Vol. V: 175: 22. Exc. de virt. et vit. p. 616 Wess.) ἐγγελῶν τοῖς κινδυνεύουσι. Satis frequens est apud tragicos, cf. Soph. El. 277, 807. Eurip. Med. 1355, 1362. Alc. 724. Bacch. 842. E nova comoediae poetis verbum adhibuerunt Sosicrates apud Athen. XI: 474 (Mein. IV: 591), Eubulus (Mein. III: 218), ex Alexandrinis Apoll. Rhod. III: 64. Prosae auctores utuntur καταγελᾶν (Plato passim. Thuc. III: 83. Xen. passim.) ἐπεγγελᾶν (Xen. Anab. II: 4: 27, Cyrop. V: 5: 9. Aesch. II: 182).

ἐγγενής. *Indigena.* Attici dicunt ἐπιχώριος (Thuc. Xen. Plat.) et ἐγχώριος (Thuc. Plat.). In prosa usurpavit Herod. II: 47 ἐόντες Αἰγύπτιοι ἐγγενέες (h. l. Attice αὐτόχθονες), item Aeschin. περὶ παραπρ. § 22 „οὐκ ὢν ἐπιχώριος οὐδ' ἐγγενής ubi Taylor recte συγγενής cum uno ms. legit. Hoc sensu Diodor. III: 2 § 1 ὅτι μὲν γὰρ οὐκ ἐπήλυδες ἐλθόντες, ἀλλ' ἐγγενεῖς ὄντες τῆς χώρας δικαίως αὐτόχθονες ὀνομάζονται, cf. frg. XL: 3 § 2. (Exc. Photii p. 543 Wess.). Ἐγγενής est apud omnes tragicos, cf. Aesch. Sept. 582. Soph. Oed. Tyr. 452, cf. ad hunc locum v. Herw. restituentem Euripidi H. F. 256 ἐγγενῶν pro τῶν νέων. — Semel in comoedia, cf. Alexis ed. Kock pg. 381 frg. 230. καὶ δίκαιον τοὺς ξένους // πίνειν ξενικόν, τοὺς δ' ἐγγενεῖς ἐπιχώριον.

ἐγκολάπτω. *Insculpo.* Ante Diodorum I: 64 § 4, ἀνάβασιν δ' ἔχει διὰ μιᾶς τῶτ πλευρῶν ἐγκεκολαμμένην hoc verbum occurrit in Herodoto solo, cf. I: 93, 187 et alibi. — Pro eo ponunt

Attici ἀναγράφειν, Herod. et Theophr. ἐγγλύφειν, sequiores ἐγχαράττειν. — Ἐκκολάπτειν Attici dicunt τὰ ἀναγεγραμμένα, ut ἐξαλείφειν τὰ γεγραμμένα.

ἐγκυκλοῦν. *Circumdo.* Prosa novit verbum κυκλοῦν, cum ἐν composito non utitur. Eurip. Bacch. 292 τοῦ χθόν' ἐγκυκλουμένου αἰθέρος. Aristoph. Vesp. 395 ὥσπερ φωνή μέ τις ἐγκύκλωται. Diodor. IV : 23 § 1 βουλόμενος ἐγκυκλωθῆναι πᾶσαν Σικελίαν (de Hercule) = circumire, cf. IV : 23 § 4 ἐγκυκλούμενος τὴν Σικελίαν, ubi igitur deponens passivum notione activa legitur, cf. IV : 25 § 1 αὐτὸς δ' ἐγκυκλωθεὶς τὸν Ἀδρίαν. — Diodor. III : 36 § 1 ὅταν τὰ μέγιστα τῶν θηρίων περισπειραθῇ, ποιεῖ ταῖς ἐγκυκλωθείσαις ἐπ' ἀλλήλαις σπείραις ἀναστήματα πόῤῥωθεν φαινόμενα λόφῳ παραπλήσια, quo loco est „in girum colligo". Notandum est duos locos Euripidis, ubi hoc verbum occurrit, unum supra laudatum, alterum Iphig. Taur. 76 ἀλλ' ἐγκυκλοῦντ' ὀφθαλμὸν εὖ σκοπεῖν χρεών, quod foret „oculum circumago", a Dindorfio ut spurios eiectos esse.

ἐγκυρεῖν. *Incido.* Attice ἐντυγχάνω. — Hom. N 145, Pindar. Pyth. I : 100, IV : 282, Archiloch. frg. 70 ὁκοίοις ἐγκυρέωσιν ἔργμασιν, Soph. Elect. 863. Cratinus ap. Bekk. Anecd. 96 : 14 ἐγκυρῆσαι ἀντὶ τοῦ ἐντυχεῖν. Κρατῖνος Δηλίασιν, ed. Kock. pg. 22. Herod. II : 82 III : 77 et alibi, Hippocr. — Saepius exstat apud Polybium, cf. 612 : 27 (VII : 12 : 11), 620 : 5 (VIII : 1 : 5), 928 : 17 (XV : 36 : 6), 928 : 25 (XV : 36 : 9), 1289 : 18 (XXXIII : 12 : 8) καὶ Πριηνεῖς μὲν μεγάλας ἔχοντες ἐλπίδας ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν χρημάτων τοῖς ἐναντίοις ἐνεκυρήσαν.

ἕδνον. Homerus ἑϜδνα et ἔϜεδνα (Plur. tant.) cf. Π 178, λ 117 et passim. Significat apud eum: „*pretium quod proci pro sponsis solvunt.*" Post eum etiam „*donum nuptiale*" sive „*dos*" est (Att. προίξ) et singularis numerus juxta pluralem in usum venit, cf. Pindar. Ol. IX : 10, Aesch. Prom. 559, Eurip. Androm. 2. In prosa non invenitur ante Diodorum IV : 69 § 3 ὑποσχόμενος ἕδνα πολλὰ δώσειν Ἠϊονεῖ ἔγημε τὴν Ἠϊονέως

θυγατέρα Δίαν (scil. Ixion) et paullo post § 4, οὐκ ἀπέδωκε τὰ ἔδνα τῇ γυναικί, ubi igitur priore loco munera quae pater et altero quae uxor accipit intellegenda sunt.

ἐθελοκακεῖν. *Ultro male rem gero.* Herodoto vox accepta, cf. V : 78, VI : 15, VIII : 22 et alibi. Apud neminem alium exstat ante Polybium, qui saepe utitur, cf. v. c. 417 : 21 (V : 1 : 7) et inde format substantivum ἐθελοκάκησις, cf. 260 : 18 (III : 68 : 10). Diod. frg. libr. XXXIV et XXXV : 38 § 2 (ed. Dind. V pg. 120; Exc. de virt. et vit. 608 W.) ἐθελοκακοῦντες ἀπεδείλων κατὰ τοὺς ἀναγκαιοτάτους καιρούς.

εἰδεχθής. *Deformis. Foetidus.* Posteriore sensu utebatur personatus Hippocrates de morb. mul. pg. 640 : 21; occurrit in Zenobii proverbio κορυδέως εἰδεχθέστερος apud anon. com. frg. 378 Mein. IV : 699. Polybius 1332 : 12 (XXXVII : 2 : 1) Ὅτι Προυσίας ὁ βασιλεὺς εἰδεχθὴς ὢν κατὰ τὴν ἔμφασιν, apud quem est „deformis" cf. Diodor. III : 29 § 1 τῇ χρόᾳ τοῦ πτερώματος εἰδεχθὲς καὶ ῥυπαρόν, scil. πλῆθος ἀκρίδων, cf. frg. libr. XXXII : 19 (ed. Dind. V pg. 57. Exc. de virt. et vit. 591 W.) ὅτι ὁ Προυσίας ὁ βασιλεὺς τήν τε ὄψιν ὢν εἰδεχθής. Attici dicunt priore sensu αἰσχρός, posteriore βδελυρός.

εἰκαῖος. *Vanus.* Soph. frg. 288 τίκτει γὰρ οὐδὲν ἐσθλὸν εἰκαία σχολή. Lycophron 748 neutrum plurale pro adverbio utitur. Alibi non legitur ante Polybium, apud quem *temerarius* significat, cf. 605 : 27 (VII : 7 : 5), 914 : 18 (XV : 25 : 4), 1278 : 6 (XXXII : 21 : 8) τῶν χειρίστων καὶ τῶν εἰκαιοτάτων ἀνθρώπων. Attici dicunt μάταιος, κενός. Adv. εἰκῇ in prosa frequens.

*εἰσανάγειν. *Deduco.* Hoc compositum ante Polybium invenitur uno loco Homeri cf. *o* 529, εἴρερον εἰσανάγουσι, sed versus 526—530 suspecti sunt. Polyb. 96 : 5 (I : 82 : 2) πρὸς αὐτὸν εἰσαναχθέντας, ubi iure Dindorf coniecit ἐπαναχθέντας collato 648 : 27 (VIII : 26 : 3) πρὸς τὸν Ἀννίβαν ἐπαναχθέντες.

†ἐκβιάζομαι. *Vi extorqueo. Vi exturbo.* Ante Polybium invenitur uno loco Sophoclis et apud Hippocratem de arte pg. 7, 52.

cf. Soph. Phil. 1129 *ὦ τόξον Φίλου, ὦ Φίλων χειρῶν ἐκβεβιασμένον*. Polyb. 34 : 25 (I : 28 : 6), 787 : 1 (XI : 15 : 2), 990 : 4 (XVIII : 6 : 4). Ceterum cf. *εἰσβιάζεσθαι* apud Demosthenem et Aristophanem, *διαβιάζεσθαι* apud Theophrastum et dubia scriptura in Platonis Timaeo 84D (alii *διαβιβαζόμενον*).

†*ἐκβράσσω*. *Aestus impetu eiicio*. Herod. VII : 188 *αἱ δὲ* (scil. naves) *ἐξεβράσσοντο*, 190 *χρύσεα ποτήρια ὑστέρῳ χρόνῳ ἐκβρασσόμενα*. Lycophr. Alex. 66, 377, 749 et passim. [Hippocrat.] de gland. pg. 271 : 11. — Diodor. XIV : 68 § 7 *τὸ δὲ μέγεθος τοῦ χειμῶνος ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν αὐτοῖς τὰς ναῦς ἐξέβραττε*, cf. XIV : 100 § 5, XX : 76 § 2. Ceterum non credo hoc vocabulum inter Ionica esse recipiendum, quia Plato Soph. 226B *βράττω* pro *λικμᾶν* usurpat, et Attice *ἀναβράττω* satis notum est.

ἑκηβόλος. *Eminus jaculans*. Apud Homerum epitheton Apollinis, cf. A. 96 et alibi. — Aesch. Prom. 711 *ἑκηβόλοις τόξοισιν ἐξηρτυμένοι* Eum. 628 *τόξοις ἑκηβόλοισιν*, cf. Soph. Oed. Tyr. 162 Eur. Phoen. 1108 Lycophr. 637. Polyb. 862 : 21 (XIII : 3 : 4) *μήτε ἀδήλοις βέλεσι μήθ' ἑκηβόλοις χρήσασθαι κατ' ἀλλήλων*. Etiam *τηλεβόλος* poeticum est, cf. Pind. Pyth. III : 49. Attice diceres *πόρρωθεν βάλλων*.

ἑκνικᾶν pro simplici *νικᾶν* usus est Eurip. Ion. 629 *εἴποις ἂν ὡς ὁ χρυσὸς ἑκνικᾷ τάδε // πλουτεῖν τε τερπνόν* et postea Polyb. 889 : 18 (XV : 3 : 6) *Ῥωμαίων δ' ἑκνικησάντων*. Atticus usus huius vocabuli de re quae invaluit (cf. Thuc. I 21 *τὰ πολλὰ ὑπὸ χρόνου ἄπιστα ὡς ἐπὶ τὸ μυθῶδες ἐκνενικηκότα*) est apud Diodorum frg. XXXVII : 2 § 3 (Exc. 538 W.) *ὀψὲ καὶ μόλις Ῥωμαίοις ἐξενίκησε βεβαιωθῆναι τὸ κράτος*.

ἐκπτοεῖσθαι. Hoc compositum occurrit ante Polybium uno loco Euripidis cf. Cycl. 185 *ἢ τοὺς θυλάκους τοὺς ποικίλους περὶ τοῖν σκελοῖν ἰδοῦσα .... ἐξεπτοήθη*, de Helena conspecto Paride amore saucia. Apud Polybium *ἐξεπτοημένος*, cf. 456 : 28 (V : 36 : 3), 876 : 28 (XIV : 5 : 7). Simplex in Attico sermone pedestri occurrit, cf. Plato Phaedo 68C.

ἐκραίνω. *Expergo. eicio.* Polybium 628 : 2 sqq. (VIII : 8 : 3) sic edit Hultsch: ὅτε δὲ κουφίζων τὴν πρῶρραν ὀρθὸν ποιήσειε τὸ σκάφος ἐπὶ πρύμναν, τὰς μὲν πτέρνας τῶν ὀργάνων εἰς ἀκίνητον καθῆπτε, τὴν δὲ χεῖρα καὶ τὴν ἅλυσιν ἐκ τῆς μηχανῆς ἐξέρραινε (e codice T in monasterio montis Athonis reperto, saeculi X, cf. Hultsch Praef. ad Vol. II pg. IV) διά τινος σχαστηρίας, manum ferream et catenam e machina eiciebat (scil. Archimedes) ope funis. Hoc verbum bis ante Polybium occurit, Soph. Trach. 781 κόμης δὲ λευκὸν μυελὸν ἐκραίνει, Eurip. Cycl. 402 ἐγκέφαλον ἐξέρρανε. — Ἀπορραίνω apud Herodotum II : 93 invenio, ῥαίνω in prosa primum apud Aristotelem. Cf. apud Atticos περιρραίνω, περίρρανσις, περιρραντήριον, διαρραίνω al.

*ἐκτενής. *Extentus, Sedulus.* Poeticam vocem crederes, nisi Aesch. Suppl. 983 corruptus esset: πρὸς τοὺς ἐκτενεῖς φίλους, ubi ἐγγενεῖς restituit Heathius. Polybius primus hoc verbo usus est, cf. 1056 : 4 (XXII : 5 : 4) διότε γεγόνασι πάντων ἐκτενέστατοι, i. e. diligentissimi in colenda Romanorum amicitia, cf. Diodor. frg. libr. XXXIV et XXXV 2 § 39 (Dind. V pg. 98. Exc. de virt. et vit. pg. 600 W.) ὧν ἐκτενέστατος ἦν Ἑρμείας. Adverbium ἐκτενῶς apud ambo legitur.

ἐμβαδόν. Homerus O. 505 et Pausan. X : 20 : 8 utuntur adverbio ἐμβαδὸν i. e. *pedestri itinere.* (Attice πεζῇ). Sed Polyb. 567 : 19 (VI : 27 : 2) habet substantivum ἐμβαδὸν = area; cum Romani castra ponunt τεθείσης δὲ τῆς σημαίας οὗ μέλλουσι πηγνύναι ταύτην, ἀπομετρεῖται πέριξ τῆς σημαίας τετράγωνος τόπος, ὥστε πάσας τὰς πλευρὰς ἑκατὸν ἀπέχειν πόδας τῆς σημαίας, τὸ δ' ἐμβαδὸν γίνεσθαι τετράπλεθρον. — Porro restituerunt adverbium Scaliger et Coraes in Polybio 1302 : 29 (XXXIV : 5 : 2) ὅλην μὲν τὴν Βρεττανικὴν ἐμβαδὸν ἐπελθεῖν pro ἐμβατόν, quod Dindorf e Diodoro exemit I : 57 § 3 legendo ἡ κρατίστη τῆς Αἰγύπτου .... ταῖς συνωρίσιν εὔβατος.

ἔμπεδος. Vox poetica, quae nusquam in prosa occurrit et ab Hesychio

explicatur βέβαιος (cf. Hom. Υ 183), ἀσφαλής (cf. Hom. Δ 314), ἀραρώς, ἀκίνητος. — De usu poetico vide Homerum passim, Pindar. Pyth. XII : 14 λυγρόν τ' ἔρανον Πολυδέκτα θῆκε ματρός τ' ἔμπεδον δουλοσύναν cf. Nem. VII : 57 et Tragicos. — Etiam adverbium poeticum est cf. Aesch. Agam. 854, 975, Eum. 335 τοῦτο γὰρ λάχος διανταῖα Μοῖρ' ἐπέκλωσεν ἐμπέδως ἔχειν, sed occurrit bis in prosa, cf. [Plato] Axioch. pg. 372 A τοῦτο μόνον ἐμπέδως οἶδα et Polyb. 125 : 10 (II : 19 : 1) ἐν αἷς ἔτη τριάκοντα μείναντες ἐμπέδως.

ἔμπρακτος. *Factu facilis.* Pind. Pyth. III : 62 μή, φίλα ψυχά, βίον ἀθάνατον σπεῦδε, τὰν δ' ἔμπρακτον ἄντλει μαχανάν. Non amplius occurrit ante Diodorum, apud quem „navus, efficax" significat, cf. XIII : 70 § 1 καὶ τόλμαν ἔμπρακτον ἔχοντα, XIII : 102 § 1 ἀνὴρ καὶ τὰ περὶ τὸν πόλεμον ἔμπρακτος. Adverbium ἐμπράκτως Diod. frg. XXX : 3 (Dind. IV pg. 395. Exc. de virt. et vit. 577 W.) ὅτι ὁ Κότυς ὁ τῶν Θρᾳκῶν βασιλεὺς ἦν ἐν τοῖς πολέμοις ἐμπράκτως ἐμφερόμενος καὶ γνώμῃ διαφέρων, quod coniecit Valesius, sed Dindorf adiectivum restituit.

ἐναποδείκνυσθαι. *Sese ostentare.* Herod. IX : 58 διέδεξάν τε, ἐπεί σφεας ἔδεε προς τοὺς ἀψευδέως ἀρίστους ἀνθρώπων μάχῃ διακριθῆναι, ὅτι οὐδένες ἄρα ἐόντες ἐν οὐδαμοῖσι ἐοῦσι Ἕλλησι ἐναπεδεικνύατο, pro quo Attice dixeris ἐνδείκνυσθαι, cf. Aesch. Ctesiph. § 216. Dem. π. παραπρ. § 113. Plato Prot. 317C. Nusquam alibi ἐναποδείκνυσθαι occurrit ante Polybium, apud quem satis frequens pro „demonstrare" i. q. ἀποδείκνυσθαι cf. 96 : 32 (I : 82 : 9) τὴν μεγίστην οἰκειότητα καὶ πίστιν ἐναπέδείξαντο, 752 : 13 (X : 34 : 10), 197 : 25 (III : 12 : 4) et alibi. Diodor. XVII : 13 § 5 καὶ τὴν ἰδίαν ἔχθραν ἐν τοῖς τῶν ἠτυχηκότων ἀκληρήμασιν ἐναπεδείκνυντο, cf. XIV : 59 § 1.

ἐνερείδω. *Impingo.* Hoc compositum in Attica prosa non occurrit, sed Hom. ι 383 μόχλον .... ὀφθαλμῷ ἐνέρεισαν, Apoll. Rhod. I : 1198, 428. Orph. Arg. ed. Abel 1090. Hippocr. ap. Galen.

vol. 18, part. I. p. 460. — Diodor. XVII : 20 § 4 *ἐνήρεισε τὸ ξυστόν.*

ἐνθεάζω. *Divino afflatu agor.* Herod. I : 63 *ὁ μὲν δὴ ἐνθεάζων χρᾷ τάδε.* Apollod. II : 8 : 3 : 1, nemo alius ante Diodorum III : 57 § 7 *τῷ δὲ διὰ τῶν τυμπάνων καὶ κυμβάλων ψόφῳ ἐνθεάζουσαν,* cf. IV : 66 § 7. Attici dicunt *ἐνθουσιάζω.* Ceterum *ἐπιθεάζω* (obtestari deos) frequens, cf. Thuc. VIII : 53. Plato Phaedr. 241B. De scriptura, cum E aut diphthongo EI cf. Cobet Mnemos. Nov. Ser. VIII. 113.

†*ἔνσειω.* *Incutio.* Hoc compositum verbi notissimi *σείω* ante Diodorum tantum invenitur apud Sophoclem, cf. Trach. 1087, Antig. 1274, El. 737 *ὀξὺν δὶ ὤτων κέλαδον ἐνσείσας θοαῖς πώλοις διώκει.* Apud Diodorum est „impetum facio", cf. XIII : 40 § 2, XIV : 60 § 3, 72 § 5, semper de pugna navali.

ἔντοσθεν. *Intus.* Forma Homerica *τοῦ ἐντὸς,* cf. X 237 *ἄλλοι δ' ἔντοσθε μένουσιν,* Δ 454 *κοίλης ἔντοσθε χαράδρης,* K 262 et alibi. (Hesiod.) Scut. Herc. 130. — Diodor. I : 35 § 11 *τῶν δ' ἔντοσθεν οὐδὲν ἐδώδιμον,* scil. hippopotami.

ἐντροπή. *Verecundia. Reverentia.* Quamquam *ἐντρέπομαι* pro *αἰδοῦμαι, αἰσχύνομαι* Atticis haud ignotum est, cf. Plato Phaedr. 254A. Xen. Hellen. II : 3 : 33, substantivum ante Polybium uno tantum loco Sophoclis occurrit cf. Oed. Col. 299 *ἦ καὶ δοκεῖτε τοῦ τυφλοῦ τιν' ἐντροπὴν ἢ Φροντίδ' ἕξειν αὐτὸν;* Polyb. 378 : 2 (IV : 52 : 2), Diod. I : 73 § 2 *τὸ σύστημα τῶν ἱερέων μεγίστης ἐντροπῆς τυγχάνον,* cf. XIII : 27 § 2, XVII : 13 § 6.

**ἐξαγωνίζομαι.* *Dimico.* Hoc compositum ante Diodorum usurpavit Euripides cf. Herc. Fur. 155 *τοῖς δ' ἐξαγωνίζεσθε;* Diodor. XIII : 73 § 1 *περὶ τοῦ τροπαίου ἐξαγωίσασθαι* (sic. edit. Didot). Sed recte Dindorf in edit. Teubn. restituit *διαγωνίσασθαι,* quo saepius utitur Diodorus, cf. in capite proximo 72 § 7, nec obstat quod codices *ἐξ* praebent. De *διὰ* vel potius *δι* et *ἐξ* inter sese permutatis consulas Cobetum Var. Lect.[2] 68, 193, 219, 224, 236.

ἐξερευνᾶν. *Scrutor.* Utuntur hoc composito Sophocles Electr. 1100. Oed. Tyr. 258, Polybius 872 : 5 (XIV : 1 : 13).

ἐξοδεία. *Expeditio.* Herod. VI : 56 προβάτοισι δὲ χρᾶσθαι ἐν τῇσι ἐξοδίῃσι ὁκόσοισι ἂν ὦν ἐθέλωσι, ubi cum Steinio expectes ἐξοδυήῃσι derivatum ab ἐξοδεύειν. Attici dicunt ἔξοδος. — Polyb. 380 : 9 (IV : 54 : 3), 648 : 19 (VIII : 26 : 1), 650 ; 7 (VIII : 27 : 4) ubi recte Dindorf formam cum EI restituit, cf. Inscr. Rosett. lin. 42 (ed. Letronne in frgm. histor. Graec. tom. I.) ἐν αἷς ἐξοδεῖαι τῶν ναῶν γίνονται.

ἐξοιδεῖν. *Tumesco.* Hoc compositum ante Polybium invenitur apud Euripidem Cycl. 227 πληγαῖς πρόσωπον ἐξῳδηκότα. Figurate Polyb. 558 : 25 (VI : 18 : 7) ἐπειδὰν γὰρ ἐξοιδοῦν τι τῶν μερῶν φιλονεικῇ et paulo post οὐδὲν ἐξοιδεῖ τῶν μερῶν.

ἔπαθλον. *Praemium.* Utitur Diodor. XVI : 81 § 1 ἔπαθλα τῆς ἀνδραγαθίας, XVI : 82 § 2 τῆς ἰδίας παρανομίας ἔπαθλον, X : 11 § 3 ἔπαθλον ἀρετῆς ἀδάπανον (Exc. de virt. et vit. 556 W.), XVI : 1 § 4 et inter poetica vocabula recipiendum esset, si genuinus esset versus 52 Eurip. Phoenissarum : καὶ σκῆπτρ' ἔπαθλα τῆσδε λαμβάνει χθονός, quem Bergkius eiecit ob ipsum vocabulum, cf. Schol. Versui spurio eiusdem fabulae 1262 restituit Porsonus.

*ἐπάλληλος. *Alius post alium. Continuus.* Ante Polybium tantum invenitur apud Sophoclem Antig. 57 ex emendatione Hermanni κατειργάσαντ' ἐπαλλήλοιν χεροῖν pro ἐπ' ἀλλήλοιν. Recte non recepit hanc coniecturam Nauck in editionem suam, dicens ἐπάλληλος, quod tantummodo sequiorum est, non significare ἀλληλοφόνος sed συνεχής. — Polyb. passim cf. e. c. 784 : 4 (XI : 11 : 7) ἐν ἐπαλλήλοις τάξεσιν.

ἐπανθίζω. *Floridum reddo.* Aeschylus improprie utitur, cf. Sept. 951 πολλοῖς ἐπανθίσαντες πόνοισι γενεάν, Choeph. 150, Agam. 1459. Post eum Diodorus I : 49 § 2 χρώμασιν ἐπηνθισμένον τὸν βασιλέα, II : 53 § 2 ταώνων παντοίαις χρόαις ἐπηθισμένων. Simplex in prosa cf. Herod. I : 98 et Aristot. H. A. V : 15. Vulgare est ἐπανθεῖν, sed significat „efflorescere".

*ἐπάρκεια. *Auxilium.* Poeticum vocabulum esset, si recte legeretur Eurip. Hec. 758 καὶ δὴ τίν' ἥμας εἰς ἐπάρκειαν καλεῖς, sed iamdudum restitutum est ἐπάρκεσιν, cf. Soph. Oed. Col. 447. Ἐπάρκεια primum in Polybio occurrit, cf. 58 : 20 (I : 48 : 5), apud quem etiam „commeatus" est, cf. 473 : 19 (V : 51 : 10).

ἐπίβαθρον. *Naulum.* Hom. O. 449. καὶ δέ κεν ἄλλ' ἐπίβαθρον ἐγὼν ἐθέλουσά γε δοίην. Apollon. Arg. I : 421. Diodor. I : 96 § 8 τὸ μὲν γὰρ διακομίζον τὰ σώματα πλοῖον βᾶριν καλεῖσθαι, τὸ δ' ἐπίβαθρον [τὴν ἐβολὴν] τῷ πορθμεῖ δίδοσθαι, ubi interpretamentum erat illatum in textum, cf. Dindorf. In prosa Attica dicunt πορθμεῖον (Herod. Xenoph.), ναῦλον (Xen. Dem. Din.).

ἐπιβώμιος. *Qui est in ara vel ad aram.* In prosa non legitur ante Diodorum. Aesch. frg. 22[a] κάρφει παλαιῷ κἀπιβωμίῳ ψόλῳ, Eur. Androm. 1024 πῦρ ἐπιβώμιον, Appollon. IV : 1127 ἐπιβώμια μῆλα. Diod. frg. libr. XXXVIII et XXXIX : 17 (ed. Dind. V : 175. Exc. de virt. et vit. 616 W.) πρὸς αὐτοῖς τοῖς ἀδύτοις ἐπιβώμιος μικιφονηθείς.

ἐπικάρσιος. *Obliquus.* Hom. ι 70 νῆες ἐφέροντ' ἐπικάρσιαι, Herod. I : 180, IV : 101, VII : 36. Hippocrat cf. Galen. Lex. pg. 164. Oppian. Cyn. II : 169, Com. Anon. frg. 129 (Mein. IV : 636), Polyb. 27 : 3 (I : 22 : 5), 568 : 26 (VI : 29 : 1), 570 : 14 (VI : 30 : 6), 831 : 24 (XII : 17 : 5), 1065 : 21 (XXII : 11 : 9) ἐπικαρσίαν τάφρον. In prosa Attica πλάγιος.

†ἐπισείω. *Incutio.* Hoc compositum (cf. hunc indicem s. v. ἐνσείω) ante Diodorum in prosa non occurrit. Cf. Hom. Δ 167, O 230 αἰγίδα ἐπισείω, Eurip. Orest. 255 μὴ 'πίσειέ μοι τὰς αἱματωπούς καὶ δρακοντώδεις κόρας (i. e. Furias). Diod. XIII : 94 § 5 ἄχρι ἂν οἱ πολέμιοι τοῖς τείχεσιν ἐπισείωσι, nempe τοὺς κριοὺς vel τὸν πόλεμον, cf. Wessel. ad hunc locum. Προσείειν φόβον dixit Thuc. VI : 86.

†ἐπιχαλᾶν. *Cedo. Laxo.* In prosa non ante Polybium, sed in poesi iam apud Aeschylum occurrit, cf. Aesch. Prom. 179 πικραῖς δύκισιν οὐδὲν ἐπιχαλᾷς. Polyb. 1301 : 13 (XXXIV : 3 : 5) τοῦτ' ἐπιχαλῶσι, scil. τὸ καλῴδιον.

ἐρείπω. *Everto. Demolior.* Utitur Homerus et ceteri poetae, cf. M 258, O 356, 361 et alibi, Soph. Oed. Col. 1373 *πόλιν κείνην ἐρείψεις*, Herod. I : 164, IX : 70, Xenoph. semel Cyr. VII : 4 § 1; forma passiva cum Aoristo II *ἤριπον* „cecidi", cf. E 68 Soph. Oed. Col. 1463. Aias 309 *ἐν δὲ ἐρειπίοις νεκρῶν ἐρειφθείς*, Pindar. Ol. II : 43 *ἐριπέντι Πολυνείκει* (pro *ἐριπόντι* secundum Boeckh, cf. ed. Bergk in annot.). — Hac voce usus est Polybius, cf. 51 : 26 (I : 42 : 10) *καὶ τῶν πύργων τῶν μὲν πονούντων ἀνὰ ἑκάστην ἡμέραν, τῶνδ' ἐρειπομένων.* Postremo sensu Attice diceres *συμπίπτω*, cf. Thuc. VIII : 41 *πόλιν ὑπὸ σεισμοῦ ξυμπεπτωκυῖαν.* Attice „evertere" est *καθαιρεῖν, ἀνατρέπειν.* Alia poetica composita sunt *ἐξερείπω, κατερείπω* (Etiam Herod. VII : 140 in oraculo). — Casaubonus volebat *ἐν τοῖς ἐρειπίοις* („*rudera*" vocabulum poeticum cf. Aesch. Pers. 425. Agam. 660 et al. trag.) in Polybio 526 : 18 (V : 102 : 6) pro *ἐν τοῖς Περιππίοις*, castello Eleorum prope Lasionem, sed recte editores eius coniecturam non receperunt.

ἐρύκω. *Inhibeo. Contineo.* Attice *κατέχω.* — Passim legitur apud poetas, cf. Hom. Γ 113, *α* 14 et al., Aeschyl. Sept. 1075. Pind. Ol. X : 5, Nem. IV : 33 *τὰ μακρὰ δ' ἐξενέπειν ἐρύκει με τεθμὸς ὥραί τ' ἐπειγόμεναι.* In prosa utuntur Herod. IV : 125, V : 15, IX : 49 *ἐρυκόμενοι δὲ τοῦ Ἀσωποῦ* (cum arcebantur ab Asopo), Aristot. H. An. IX : 37, et semel Xenoph. Anab. III : 1 : 25, qui ter compositum *ἀπερύκω* habet: Anab. V : 8 : 25, Memor. II : 9 : 2, Oecon. V : 6. Tamen non dubito hoc verbum Ionicis vel poeticis vocabulis adscribere, cf. Lexilog. Xenoph. Sauppe s. v., nec mihi liquet, cur Bisschop Diss. Annot. Crit. ad Xen. Anab. pg. 81, *ἐρύκω* et *ἀπερύκω* Dorica esse putet. Polybius hac voce usus est teste Suida s. v. *ἐρύκειν* et *κυρία* cf. ed. Hultsch. 1380 : 9 frg. 108 (Didot. frg. histor. 29) *Πολύβιος· τὸ κυριώτατον ἦν τὸ τὸν πόλεμον ἐρύκειν ἀπὸ τῆς Μακεδονίας.* Cf. Addenda s. v. *ἀπερύκειν.*

†εὔμορφος. *Formosus.* Casui adscribendum puto scriptores pedestres Atticos, qui *εὐειδής* cf. Plato Rep. VI : 494C Xen. Comm. III : 11 : 4 Anab. II : 3 : 3 vel *καλὸς τὴν μορφήν* cf. Xen. Oec. VI : 16 utantur, adiectivo *εὔμορφος* plerumque abstinere, cum substantivo usurpent, cf. Plato. Conv. 218E, Leg. IV 716A. Xen. Conv. 8 : 6. — *εὔμορφος* exstat apud Aeschylum Agam. 416, 455. Suppl. 1003. Soph. frg. 109 : 10 :

„καὶ γὰρ δυσειδὲς σῶμα καὶ δυσώνυμον
„γλώσσῃ σοφὸν τίθησιν εὔμορφόν τ' ἰδεῖν,"

(scil. *ὁ πλοῦτος*), cf. Eubul. Mein. III : 242, Philem. Mein. IV : 58. Unicus tamen locus Eubuli probare potest Atticos etiam in volgari sermone subinde *εὔμορφος* usurpasse, quia locus Philemoni vulgo tributus nullius est fidei cf. v. Herwerden Mnemos. XIV pg. 193. — Polyb. 1255 : 17 (XXXI : 24 : 2) *μειράκια εὔμορφα.* Iam dixit Moeris ed. Pierson pg. 149 : *εὔμορφον παρ' οὐδενὶ εὗρον, ἀλλ' εὐπρεπῆ. εὐμορφίαν παρὰ Πλάτωνι ἐν Νόμοις, καὶ παρὰ Ξενοφῶντι· σπάνιον δέ.* Εὐπρεπής est maxime volgare, cf. Aristoph. Thuc. Plat. Xen. Dem.

εὐτολμία. *Audacia.* Eurip. Med. 469 *οὔτοι θράσος τόδ' ἐστὶν οὐδ' εὐτολμία.* In prosa ante Polybium non invenio praeter [Xenoph.] Epist. e Stob. II : 2. — Polyb. 501 : 23 (V : 76 : 11) *διὰ τὴν σφετέραν εὐτολμίαν τὴν πατρίδα ἐτήρησαν,* Diodor. XVII : 10 § 2 *ταῖς εὐτολμίαις προθύμως ἀνεδέχοντο τοὺς κινδύνους.* Adiectivum apud Xenophontem Anab. I : 7 : 4, a Sauppio inter poetica vocabula est receptum, cf. eius Lexilogus pg. 56, et vide Aeschyl. Agam. 1302 et (*εὐτόλμως*) 1298. Volgaria sunt *τολμηρός* (Thuc. I 74. Plat. Leg. VIII : 835C [Dem.] *κατ' Ἀριστογ.* § 24. Isocr. III : 21 et alii), *θρασύς, ἀνδρεῖος,* et substantiva *ἡ τόλμα, τὸ θάρρος, ἡ θρασύτης.*

ἐχέφρων. *Animi compos. Prudens.* Hom. V : 332, *ἀγχίνοος καὶ ἐχέφρων,* δ 111, I 341. Apud nullum alium ante Diodorum cf. XV : 33 § 3 *ὁ δ' οὖν Ἀγησίλαος ἐχεφρόνως ἀρκεσθεὶς τῷ πρώτῳ προτε-*

ῥήματι. Attica sunt ἔμφρων, ὑγιής, φρόνιμος, συνετός, poetica ἐπίφρων, cf. π 242, ψ 12, et πολύφρων quod est epitheton Ulyxis et Volcani.

Z.

ζόφος. *Caligo. Tenebrae.* Hesiod. Scut. 227. Pindar. Isthm. IV : 18, δ' αὖ μετὰ χειμέριον ποικίλα μηνῶν ζόφον χθὼν ὥτε φοινικέοισιν ἄνθησεν ῥόδοις. Homerus passim. — Polyb. 987 : 14 (XVIII : 3 : 7) ὥστε διὰ τὸν ἐφεστῶτα ζόφον μηδὲ τοὺς ἐν ποσὶ δύνασθαι βλέπειν. Attice κνέφας.

ζωστήρ. *Cingulum.* Hom. passim. Herodot. I : 215, IV : 9, IX : 74. Pindar. frg. 172 καὶ μετὰ ζωστῆρας Ἀμαζόνος ἦλθεν, sic etiam de balteis Amazonum Diodor. IV : 16 § 1, 2 et 4. Omnium usu teritur ζώνη. — ζωστήρ est apud Theophrastum H. Pl. IV : 6 fruticis genus, et apud Xenophontem Hell. V : 1 : 9 nomen loci.

H.

ἠλίβατος. *Altus. Praeruptus.* ἠλίβατος πέτρη est apud Homerum O 619 κ 88 et alibi. Pind. Ol. VI : 64 Aeschyl. Suppl. 351. Eurip. 80 ὡς ἐξ ἀλιβάτου πέτρας ὑγρὰ ῥέουσα σταγών, ἄπαυστος ἀεὶ γόων. Ante Polybium pedestrium solus Xenophon hoc Ionico vocabulo usus est, cf. Anab. I : 4 : 4 πέτραι ἠλίβαται. Polyb. 368 : 26 (IV : 41 : 9) τόποι ἠλίβατοι. — Attice ὑψηλός, ὄρθιος, προσάντης, ἀπότομος, ἀπόκρημνος; poetice αἰγίλιψ, αἰπύς, αἰπεινός.

ἠώς. *Aurora.* Hac forma Epica et Ionica vocis ἕως constanter utitur Polybius, cf. 397 : 11 (IV : 70 : 8), 465 : 13 (V : 44 : 11), 482 : 5 (V : 59 : 5).

Θ

θέλγω. *Mulceo.* Hom. Il. et Od. passim; Pind. Pyth. I : 12. Nem. IV : 3. Tragici passim, cf. e. g. Aeschyl. Prom. 174, 865 Eumen. 900 Choeph. 420. Rarissime legitur in prosa, ubi unum exemplum inveni in Platonis Symposio 197E, idque in loco satis sublimi: (Ἔρως) ἐν πόνῳ, ἐν φόβῳ, ἐν πόθῳ, ἐν λόγῳ κυβερνήτης, ἐπιβάτης, παραστάτης τε καὶ σωτὴρ ἄριστος, ξυμπάντων τε θεῶν καὶ ἀνθρώπων κόσμος, ἡγεμὼν κάλλιστος καὶ ἄριστος, ᾧ χρὴ ἕπεσθαι πάντα ἄνδρα ἐφυμνοῦντα καὶ ᾠδῆς μετέχοντα, ἣν ᾄδει θέλγων πάντων θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων νόημα. — Diodor. IV : 25 § 2 ὥστε δοκεῖν τῇ μελῳδίᾳ θέλγειν τά τε θηρία καὶ τὰ δένδρα de Orpheo. — Attice κηλεῖν et κατακηλεῖν.

θεμιστεύω. *Ius dico. Impero.* Hom. λ 569, ι 114 θεμιστεύει δὲ ἕκαστος παίδων ἠδ' ἀλόχων, οὐδ' ἀλλήλων ἀλέγουσιν. Eur. Bacch. 79. — *Vaticinor.* II Hymn. Apoll. 77, 117. Eur. Ion. 371 et poetae posteriores. Hodie in prosa ante Diodorum non exstat; fuit quondam apud Lysiam, cf. Harpocrat. s. v. ed. Dindorf I pg. 150: Θεμιστεύων· ἀντὶ τοῦ χρησμῳδεῖν Λυσίας ἐν τῷ περὶ τῆς ἀμβλώσεως, εἰ γνήσιος· ὅτι δὲ γέγονε τὸ ὄνομα ἀπὸ τοῦ Θέμιν ἐσχηκέναι ποτὲ τὸ μαντεῖον πρὸ τοῦ Ἀπόλλωνος Αἰσχύλος ἀρχόμενος τῶν Εὐμενίδων φησίν. Diodori locus est V : 67 § 4 θεμιστεύειν λέγομεν ἀπὸ τοῦ τὴν Θέμιν εὑρέτριαν γεγονέναι τῶν χρησμῶν. — Ceterum θέμις et θεμιτόν (in formula οὐ θεμιτόν, sc. ἐστιν) in vetere quoque prosa usurpantur.

θεοπρεπής. *Deum decens.* Haec vox invenitur apud Pindarum Nem. X : 2 δῶμα θεοπρεπές et post eum apud Diodorum III : 69 § 2

τὸν τόπον ὑπάρχειν μὴ μόνον θεοπρεπῆ κατὰ τὴν πρόςοψιν. XI : 89 § 8 ἐν πεδίῳ θεοπρεπεῖ, cf. θεοπρέπεια apud eum V 43 § 2, XI : 89 § 5.

θερεία, (scil. ὥρα). *Aestas.* Pind. Isthm. II : 41. Herod. I : 189 τὴν θερείην πᾶσαν διέτριψαν. Polyb. 30 : 31 (I : 25 : 7), 44 : 18 (I : 36 : 10), 71 : 5 (I : 59 : 8) et alibi passim. Diodor. XIX : 58 : 6 ἐν ταύτῃ τῇ θερείᾳ, XIX : 79 : 1 τῆς δ' αὐτῆς θερείας, III : 24 : 1 ὑπὸ τὴν θερείαν. Attici dicunt θερινός, quod haud ignotum Polybio, cf. 515 : 16 (V : 91 : 1) et alibi, Diodor. I : 36 § 2 cet.

θεσπιῳδεῖν. *Vaticinor.* Aesch. Agam. 1161. Aristoph. Plut. 9 ὃς θεσπιῳδεῖ de Apolline, cf. Schol. ἐτραγικεύσατο τῇ Φράσει et v. d. Sande Bakh. De Parod. pg. 183. — Sic in elatiore loco auctor Axiochi 371D, alibi in prosa non inveni. Diodor. XVI : 26 § 6 θεσπιῳδεῖν δὲ τὸ ἀρχαῖον λέγεται παρθένους, de oraculo Delphico. — Attice dixeris μαντεύεσθαι et χρησμῳδεῖν.

θήγω. *Acuo.* Hom. B 382, N 475 et alibi, Aesch. Agam. 1262. Eurip. Orest. 1036. Aristoph. Ran. 815 θήγοντος ὀδόντας de Euripide in certamine cum Aeschylo habito, loco ubi Aristophanes magnificam Aeschyli dictionem imitatur, magni ponderis verba congerens, cf. v. d. Sande Bakh. De Parod. pg. 148. Sensu metaphorico pro „instigare" utuntur poetae, cf. Pind. Ol. X : 20, Aesch. Prom. 311 et Xenoph. Cyrop. I : 2 : 10, I : 6 : 41, et alibi. Ante Xenophontem verbi huius unum exemplum in prosa extat apud Alcidamantem oratorem, qui ab Aristotele Rhet. III : 3 : 2 ob hunc ipsum usum reprehenditur. Postea usus est Diodorus cf. III : 35 § 3 ῥινόκερως .... τὸ μὲν κέρας πρός τινα τῶν πετρῶν θήγει. — Attici dicunt ἀκονᾶν et παρακονᾶν.

†θραῦμα. *Fragmentum.* Aesch. Pers. 425, nec alibi invenio ante Diodorum, cf. III 12 § 6 τὰ λατομούμενα θραύματα, XVII : 20 § 5 τοῦ θραύματος (scil. τῆς ἐπιδορατίδος) ἀποπηδήσαντος. Ceterum θραύω Attice satis notum, et fortuitum puto, quod sub-

stantivum non saepius occurrit, praesertim cum haud facile sit Atticum vocabulum substituere: θρύμμα (ἄρτου) habet Pollux ex Aristophane cf. frg. 174 apud Blaydes et Poll. X : 91, θρυμματίς Antiph. Mein. III : 101, Nicostr. Mein. III : 278, Lync. Mein. IV : 433, τόμος (πλακοῦντος) Aristoph. Equit. 1190, τέμαχος de piscibus dicitur, cf. Aristoph. Ach. 846 Xen. Anab. V : 4 : 28, et τρύφος rarissimum est in Attico sermone cf. Pherecrat. frg. 108 : 5 (ed. Kock) ναστῶν τρύφη.

θρύον. *Herba palustris.* Hom. Φ 351 καίετο δὲ λωτός τε ἰδὲ θρύον ἠδὲ κύπειρον cf. B 592 et Λ 711 ἔστι δέ τις Θρυόεσσα πόλις. Post eum nemo ante Diodorum III : 10 § 3 γεύσωνται τοῦ θρύου καὶ τοῦ καλάμου.

θυρεός. Apud Homerum ι 240, 313, 340 saxum, quod pro ianua ingressum speluncae claudit. Apud sequiores, et primum quidem apud Callixenum, historiarum scriptorem tempore Ptolemaeorum florentem, cf. Athen. V : 196F est *scutum*, cf. Polyb. 138 : 7 et 24 (II : 30 : 3 et 8), 562 : 16 (VI : 23 : 2), Diodor. I : 33 § 2, V : 30 § 2. Cf. θυρεοφόρος apud utrumque.

θύρετρον. *Ianua.* Hom. σ 385, B 415, Pind. Isthm. VII : 6, Eurip. Bacch. 448 et alibi. Primus hac voce alioqui poetica semel utitur Xenoph. Anab. V : 2 : 13, postea Polyb. 1227 : 7 (XXX : 16 : 5) στὰς κατὰ τὸ θύρετρον ἀντίος τοῦ συνεδρίου.

I.

ἴτυς. *Orbis clypei.* A Sauppio in Lexilogo Xenophonteo poeticum vocatur et sane in Attico sermone nusquam alibi nisi Anab. IV : 7 : 12 occurrit, sed non exstat vocabulum aliud, quod idem notat. Ἴτυς apud Homerum est *ora rotae*, cf. Δ 486,

Ε 724. Apud Herodotum VII : 89 ἀσπίδας ἴτυς οὐκ ἔχουσας et in fine capitis ἀσπίδας κοίλας τὰς ἴτυς μεγάλας ἐχούσας, cf. [Hesiod.] Scut. 314. — Polyb. 27 : 24 (I : 22 : 10), 562 : 21 (VI : 23 : 4).

Κ.

καθαρμόζω. *Adapto.* Tantum apud Euripidem invenio ante Polybium cf. Eurip. Hippol. 771, Bacch. 929, Elect. 1228, Rhes. 210, 767. — Polyb. 391 : 22 (IV : 65 : 4) extat loco vitioso τὰς δ' οἰκήσεις διαλύων τὰ ξύλα καὶ τὸν κέραμον εἰς σχεδίας καθήρμοζε τῷ ποταμῷ μετὰ πολλῆς φιλοτιμίας εἰς τοὺς Οἰνιάδας, ubi post καθήρμοζε excidisse καὶ κατῆγε coniecit Schweighäuser. — Omnino autem formae ἁρμοζειν et σφάζειν apud antiquiores sunt Ionici et poetici usus; pedestres usurpare solent ἁρμόττειν et σφάττειν.

καθηγεμών. Quamquam καθηγεῖσθαι satis notum est, substantivum ante Polybium tantum invenitur apud Herodotum, cf. VII : 128, 197, VI : 135, Polyb. passim e. g. 229 : 9 (III : 41 : 9), 367 : 17 (IV : 40 : 8).

*καθυδρος. *Aquosus.* Soph. Oed. Col. 158. Nemo alius ante Polybium, cf. 443 : 29 (V : 24 : 4) χωρίον κάθυδρον, ubi tamen recte in editione Hultschii κάθυγρον receptum est ex A, vocabulum Theophrasto et Diodoro volgare, cf. Theophr. H. Pl. I : 4. Diod. V : 28 § 1. — Plato dicit εὔυδρος, cf. Leg. VI : 761B, cf. porro ἐπίρρυτος, κατάρρυτος, ἔφυδρος.

καινοποιεῖν. *Res novas molior. Renovo.* Tantum legitur apud Sophoclem Trach. 873 τί δ', ὦ γεραιά, καινοποιηθὲν λέγεις; Postea usus est Polybius et saepissime quidem, cf. e. g. 263 : 21 (III : 70 : 11), 5 : 21 (I : 4 : 5) πολλὰ γὰρ αὖτη καινοποιοῦσα

scil. ἡ τύχη, Diodor. XVI : 75 § 2 τοῦ πολέμου καινοποιηθέντος, cf. XVI : 80 § 1.

†καλαῦροψ. *Baculus quo utuntur pastores, Pedum* (Fest. p. 249. Vergil. Ecl. V : 88). Ante Diodorum non invenitur nisi apud poetas Hom. Ψ 845 et Apoll. Rhod. II : 33, sed aliud vocabulum, quod idem exprimit, nobis non est traditum, cf. Hesych. καλαύροπα· ξύλον, ᾧ τοὺς βοὰς βάλλουσιν et Pseudo-Hesych. καλαύροπα· ποιμενικὴν ῥάβδον καὶ βουκολικήν. Diodor. Frg. libr. XXXIV et XXXV : 2 § 29 (Dind. V pg. 95, Exc. de Virt. et Vit. 599 W.). — Scriptura καλάβροψ nititur permutatione u = β et u = υ.

καλλιστεύω. *Pulcerrimus sum.* — Eurip. Troad. 226 καλλιστεύων Κρᾶθις, forma passiva est Eurip. Med. 947 πέμψω γὰρ αὐτῇ δῶρ' ἃ καλλιστεύεται τῶν νῦν ἐν ἀνθρώποισιν et Hippol. 1009, Bacch. 407. — Herodotus passim, cf. I : 196, IV : 163. — Nemo postea usurpavit ante Diodorum V : 82 § 4 νῆσοι καλλιστεύουσαι, V : 16 § 2 καλλιστεύειν φασὶ τὴν μαλακότητα τῶν ἐρίων.

κάμαρα. Vocem non Atticam esse dicit Phot. Bibl. pg. 454. Apud Herodotum est *arca vehiculi*, in qua tectus sedet is qui vehitur, nostro sermone „kap" vel „huif", cf. I : 199. Pollux X : 52 καμάρη] τὸ ἐστεγασμένον μέρος τῆς ἁμάξης, Attice σκηνή. Legitur in altera familia codicum Herodoti IV : 69 ἅμαξαν καμάρης Φρύγανων πλήσωσι, ubi recte editores veteres codices secuntur, omisso καμάρης. Postea usus est Diodorus II : 9 : 2 ἐξ ὀπτῆς δὲ πλίνθου συνοικοδομήσασα τὰς καμάρας, ubi est „fornix". Veteres ἀψίς. Inde Latinum *camera* (*camara*).

καραδοκεῖν. Hesychius καραδοκεῖ· προσδοκᾷ, ἐκδέχεται ἢ ἐπιτηρεῖ τὸ κεφάλαιον τοῦ πράγματος. Videtur verbum Ionicum, cf. Herod. VII : 163, 168. Eurip. Med. 1117, Troad. 93 et alibi passim. Semel Xenoph. Apomn. III : 5 : 6 et Aristoph. in parabasi Equitum 663. Alibi nusquam invenitur. Polyb. passim, cf. 162 : 13 (II : 52 : 6), 198 : 16 (III : 13 : 3). Diodorus XI : 3

§ 4, 15 § 1, XVII : 8 § 6 (bis), XIX : 16 § 2 (bis), XIII : 4 § 3. Collato loco Aristophaneo, ubi Scholia ἐπιβλέπειν explicant, hoc verbum vetusto tempore dicitur de „anxie" vel „sollicite" expectando.

†κάρκινος. Vox usitatissima, sed significatio „forceps" ante Diodorum tantum apud Euripidem Cycl. 609 occurrit. Cf. Diod. XX : 71 : 4 καρκίνοις σιδηροῖς τὰ σφυρὰ πιέζων συνέτριβε, ubi significantur πέδαι sive χοίνικες.

καταλγῶ. *Commoereo.* Tantum invenitur apud Sophoclem Phil. 368, ut constat saepenumero tragicos verbis cum κατά et ἐξ compositis usos esse pro simplicibus, et apud Polybium 274 : 11 (III : 80 : 4). Attice ἀλγῶ frequens est, et περιαλγῶ exstat Thuc. IV : 14.

καταλήγω. *Desino.* Hoc compositum usurpavit Aeschyl. Agam. 1479, Choeph. 1075 et post eum Polybius, cf. 45 : 8 (I : 37 : 4), 251 : 19 (III : 61 : 8), Diodor. passim, cf. XIV : 2 § 4, XX : 2 § 3, XIV : 84 § 7.

κατάξιος. *Condignus.* Non invenitur in prosa. Utuntur Soph. Phil. 1009 et Eurip. El. 46. — Adverbium est apud Soph. Oed. Col. 911; habent enim codices Soph. El. 800 ἐπείπερ οὔτ' ἐμοῦ καταξίως πραξείας, ubi Bothius κατάξι' ἄν, Arnold, Soph. Rettungen p. 47, γ' ἂν ἀξίως dederunt. Polybius adverbio utitur, cf. 103 : 8 (I : 88 : 5) 633 : 7 (VIII : 12 : 5). — Verbum quoque καταξιοῦν rarissime legitur in prosa, cf. [Demosth.] κατὰ Νεαίρας § 111, Plato Tim. 30c.

καταργῶ. *Reddo inefficacem.* Eurip. Phoen. 753 ὅπως ἂν μὴ καταργῶμεν χέρα, apud neminem alium extat ante Polybium, idque in fragmento satis dubio cf. ed. H. pg. 1391 frg. 69. (Ed. Didot. frg. 69 inter frg. histor. et geogr.) τὸν δὲ καθήμενον περὶ τὰ Τύανα κατηργηκέναι καὶ καταπροΐεσθαι (καταπροεῖσθαι Hultsch.) τοὺς καιρούς. Suid. s. v. κατηργηκέναι. Hoc verbum est frequens apud scriptores N. T., apud quos significat quod Attice dicitur ἀκυροῦν. Ceterum ἀργεῖν = otior, apud Plat. Xen. Demosth.

κατ αρρέπω. *Inclinor.* Hoc compositum verbi satis noti occurrit vetusto tempore tantum apud Sophoclem Antig. 1158 idque significatione transitiva τύχη γὰρ ὀρθοῖ καὶ τύχη καταρρέπει τὸν εὐτυχοῦντα τόν τε δυστυχοῦντ' ἀεί· ubi cf. Schol. et Musgravium afferentem Theogn. 157 Ζεὺς γάρ τοι τὸ τάλαντον ἐπιρρέπει ἄλλοτε ἄλλως. Postea Hippocr. apud Galen. vol. 18 pg. 516 et Polyb. 550 : 13 (VI : 10 : 7).

καταρρίπτω. Ante Diodorum tantum invenitur apud Aeschylum Ag. 884, ubi improprie est *destruo, everto*: εἴ τε δημόθρους ἀναρχία βουλὴν καταρρίψειεν. Diodor. XIII : 15 § 2 μὴ καταρρῖψαι τῆς πατρίδος τὴν περιβόητον δόξαν, cf. XIII : 22 § 5.

κατάρρυτος. *Irriguus.* Reperitur apud Euripidem, cui satis accepta vox est, cf. Electra 777 κήποις ἐν καταρρύτοις et alibi. Apud Herodotum II : 15 τὸ Δέλτα Aegyptiacum dicitur κατάρρυτον, i. e. alluvione ortum. Polybius 1178 : 11 (XXVIII : 12 § 3) auctore Suida dixit de militibus, qui scutis testudinem ita fecerunt, ὥστε τῇ τῶν ὅπλων πυκνότητι κεραμωτῷ καταρρύτῳ γίνεσθαι πτεραπλήσιον, quae igitur speciem praebebat tecti imbricati, de quo pluvia delabitur. — Diod. II : 13 § 6, I : 34 § 2, IV : 18 § 1 χώρα κατάρρυτος καὶ καρποφόρος.

καταρτίζω. *Restituo* (Att. καθιστάναι, ἀποκαθιστάναι), *Reconcilio* (Att. καταλλάττω, διαλλάττω), *Instruo.* Ante Polybium tantum apud Herodotum cf. V : 28, 29, 106; apud eundem substantivum καταρτιστήρ IV : 161, V : 28. Polybius passim, imprimis in formula καταρτίζειν (Att. παρασκευάζειν κατασκευάζειν) ναῦς, στόλον cf. 25 : 27 (I : 21 : 4), 35 : 25 (I : 29 : 1), 70 : 32 (I : 59 : 7). Diodorus passim cf. II : 18 § 3, XI : 75 § 2, XII : 3 § 1, 33 § 2 et § 3, 84 § 2, XIII : 38 § 5, 70 § 2, 80 § 5, 97 § 1. — Ἀρτίζω, verbum simplex, sequiorum est, ἀπαρτίζω traditur in corrupto loco Aeschyli Sept. 374, σπουδὴ δὲ καὶ τοῦ δ' οὐκ ἀπαρτίζει πόδα, ubi Dindorf. Philog. vol. XVI pg. 226 coniecit τοῦ συγκαταρτίζω, deinde legitur apud Aristot. Hippocr. Polyb. et Diodor., ἐξαρτίζω in N. T.

κατασιτέομαι. *Comedo.* Hoc compositum verbi satis noti tantummodo invenitur apud Herodotum I : 216, III : 38, et Diodorum III : 36 § 7 καὶ τὰς σάρκας ἔτι ζῶντος κατεσιτεῖτο.

κατασύρω. *Populari. Vastare.* Ante Polybium apud solum Herodotum invenitur, cf. VI : 33, V : 81. Polyb. saepe utitur in formula κατασύρω τὴν χώραν, cf. 227 : 17 (III : 40 : 8), 394 : 32 (IV : 68 : 1) et alibi, Diodorus XVII : 104 § 6, XII : 43 § 2. Attice dicitur vulgo δῃοῦν, ἄγειν καὶ φέρειν, λῄζεσθαι, λεηλατεῖν. Cf. hic index s. v. ἀνασύρειν.

καταφημίζω. Pindar. Ol. VI : 56 τὸ καὶ κατεφάμιξεν κατεῖσθαί νιν (Iamum) χρόνῳ σύμπαντι μάτηρ τοῦτ' ὄνομ' ἀθάνατον, secundum Dissenium: „faustum nomen dedit". Mezgerus interpretatur: „sie bestimmte", cf. Pindars Siegeslieder erklaert von Fr. M. Leipzig 1880 pg. 129, collato loco Polybii 429 : 15 (V : 10 : 8), τῶν δὲ τοῖς θεοῖς καταπεφημισμένων πάντων ἀπέσχετο. Altero loco Polybii 940 : 7 (XVI : 12 : 3) legitur καταπεφήμισται δὲ καὶ πεπίστευται .... δίοτι τὸ ἄγαλμα .... οὔτε νίφεται τὸ παράπαν οὔτε βρέχεται, ubi vertas: „fama fert". Apud alios hoc verbum non invenitur, saltem non ante Plutarchum. Etiam φημίζω *divolgare, appellare* tantum apud poetas occurrit, quod idem cadit in διαφημίζω et verbum eiusdem radicis φατίζω. Attice dicunt διαδιδόναι (λόγον), cf. Xen. Cyrop. IV : 2 : 10.

κατελπίζω. *Spero.* Hoc compositum tantum invenies apud Herodotum VIII : 136, postea apud Polybium 139 : 22 (II : 31 : 8) et Diodorum XV : 33 § 3 καὶ διδάξαι μηδὲν ἄγαν κατελπίζειν. In Polyb. 624 : 4 (VIII : 5 : 2) Hultsch ἤλπισαν pro κατήλπισαν restituit auctoritate codicis montis Athonis (T. Parisini).

κατευωχεῖσθαι. *Epulor.* Post Herodotum I : 216 primus usurpavit Diodorus III : 16 § 3. III : 21 § 5. — Εὐωχεῖσθαι Attice passim dicitur.

κάτοινος. *Ebrius.* Post Euripidem 553: „ἔμφρον' ἢ κάτοινον ὄντα;" usurpavit Diodorus V : 26 § 3 κάτοινοι δὲ ὄντες καθ' ὑπερβολὴν (de Galatis). Verbi participium κατωνωμένος extat apud Pla-

tonem Legg. VII : 815C. Pro adiectivo Attice dicas μεθύων, ὠνωμένος, μέθυσος.

κατορρωδέω. *Metuo.* Forma Ionica est καταρρωδέω, quod passim quemadmodum simplex apud Herodotum occurrit, cf. e. c. I : 34, III : 137. — Polybius composito saepissime utitur, cf. e. c. 714 : 24 (X : 3 : 5), a simplici abstinet. Diodorus XX : 73 § 3 κατορρωδεῖν τοὺς κινδύνους, XIV : 80 § 6 habet, nec magis ὀρρωδεῖν apud eum inveni. Ceterum ὀρρωδεῖν in prosa Attica frequens est, cf. Plato Conv. 213D, Thuc. VI : 14, Lys. Or. 28 § 7.

κατοχή. *Detentio. Retentio.* Πνεύματος κατοχή dixit Diodorus II : 12 § 2, cum Aristot. de somno loquens cap. 3 πνεύματος κάθεξις usurpavit. Substantivum κατοχή ante eum apud Herodotum solum inveniebatur, cf. V : 35 de detentione Histiaei, ubi v. Herwerden in editione sua κατοκωχή emendavit. Apud Thuc. III : 47 κάθεξις τῆς ἀρχῆς est conservatio imperii. Ceterum verbum κατέχειν passim apud Atticos occurrit.

καχλάζω. *Strepo. Resono.* Hesychius exponit ψοφεῖ, τρύζει (verius putat κλύζει v. clar. v. Herw.). Figurato sermone Aeschylus Sept. 115 et 761, dixit: κῦμα περὶ πτόλιν δοχμολοφᾶν ἀνδρῶν καχλάζει, et κῦμα ὃ καὶ περὶ πρύμναν πόλεως καχλάζει. Cf. Eurip. Hippol. 1211, Pind. Olymp. VII : 2 φιάλαν — ἔνδον ἀμπέλου καχλάζοισαν δρόσῳ δωρήσεται (quod „spumantem" interpretatur Dissen), Apoll. Argon. II : 572. In prosa non occurrit ante Diodorum, cf. III : 44 § 2 ὁ κλύδων προσπίπτων τῇ ῥαχίᾳ καχλάζει καὶ τραχύνεται κτέ.

κηδεύω. *Sepelire.* Hanc significationem nusquam in Attica prosa reperies, ubi hoc verbum usurpatur pro „affinitatem contraho". Pro θάπτω, ἐκφέρω adhibuerunt Soph. El. 1141 Eurip. Rhes. 983 Polyb. 428 : 26 (V : 10 : 4), 511 : 3 (V : 86 : 4), 593 : 24 (VI : 53 : 3). Diodor. XVIII : 47 § 3, XX : 72 § 4. Neque mirum, quia etiam pedestri sermone κῆδος ponitur pro ἐκφορά in nota formula ἐπὶ κῆδος ἀκολουθεῖν.

κινητής. *Motor.* Pind. Isthm. IV : 19 ὁ κινητὴρ δὲ γᾶς, scil. Neptunus et γαίης κινητῆρα Hom. h. XXI : 2. — Aristoph. Nub. 1397 ὦ καινῶν ἐπῶν κινητὰ καὶ μοχλεύτα cf. v. d. Sande Bakh. de Parod. Aristoph. pg. 49. — Polyb. 1184 : 16 (XXVIII : 15 : 12) οἱ δὲ κινηταὶ καὶ καχέκται, ubi est „seditiosi". Apud neminem alium huc vocabulum, quamquam solita analogia formatum, invenire potui.

κοιτάζομαι. *Decumbo.* Ante Polybium invenitur tantum apud Pindarum Ol. XIII : 76 ἀνὰ βωμῷ θεᾶς κοιτάξατο νύκτ' ἀπὸ κείνου χρήσιος. Polyb. 728 : 26 (X : 15 : 9). Attici dicunt κοιμᾶσθαι.

κραταιός. *Fortis.* Homer. Λ 119, σ 381 et alibi. Pindar. Pyth. VI : 34, II : 81. Aeschyl. Prom. 428 et ceteri Tragici. In prosa haud invenies ante Polybium 182 : 2 (II : 69 : 8) ἀγῶνος δὲ γενομένου κραταιοῦ, quod Attice dicitur καρτερός.

κρῖμα. *Iudicium.* Aeschyl. Suppl. 397 οὐκ εὔκριτον τὸ κρῖμα. Post eum Polybius 1111 : 19 (XXIV : 1 : 12) ἐγκαλοῦντες τοῖς κρίμασιν ὡς παραβεβραβευμένοις. — Volgare est κρίσις.

κυδοιμός. *Tumultus bellicus.* Explicatur in veteris Lexicis per θόρυβος, τάραχος. Utuntur Homerus, cf. Λ 164, Κ 523, et Aristophanes Ach. 573 ποῖ κυδοιμὸν ἐμβαλεῖν; Persona est, socia τῆς Ἐννοῦς, apud Homerum Ε 593, cf. Empedocles apud Athenaeum XII p. 510C: οὐδέ τις ἦν κείνοισιν Ἄρης θεὸς οὐδὲ Κυδοιμός. — Πόλεμος ciusque servus Κυδοιμὸς in scenam prodeunt apud Aristophanem in Pace. In prosa non reperies ante Polybium 469 : 11 (V : 48 : 5).

κύκλωμα. Bis occurrit apud Euripidem, Phoen. 1185 κύκλωμ' Ἰξίονος i. e. ἡ ἐπὶ τοῦ τρόχου περιδίνησις et Bacch. 125 βυρσότονον κύκλωμα τόδε μοι Κορύβαντες ηὗρον', orbis cui taurina pellis intenta est, i. e. tympanum. Apud neminem alium fit obviam ante Diodorum III : 36 § 5 et § 6, ubi dicitur de spiris serpentis, quae initio eiusdem capitis σπεῖραι vocantur. Nec scriptor hic vocabulo poetico σπείραμα abstinuit, cf. hic index s. v.

κυνηγία. *Venatio.* Occurrit apud tragicos, cf. Soph. Aias 37, Eurip.

Hippol. 109, Bacch. 339. Post eos Polybius et Diodorus hanc vocem usurparunt, cf. Polyb. 328 : 17 (IV : 8 : 9) et alibi, Diodor. III : 36 § 3 ἐλεφάντων κυνηγία, IV : 34 § 3, 81 § 4, III : 15 § 5, V : 39 § 3. Τὸ κυνηγέσιον, ἡ θήρα in Attico sermone frequenter occurrunt.

κωπηλατέω. *Remigo.* Ante Polybium 25 : 14 (I : 21 : 1) hac voce usus est solus Euripides Cycl. 461, sensu metaphorico : Ναυπηγίαν δ' ὡς εἴ τις ἁρμόζων ἀνὴρ // διπλοῦν χαλινοῦν τρύπανον κωπηλατεῖ. — Volgare est ἐρέττω.

Λ.

λαιός. *Sinister.* Poeticum est pro ἀριστερός sive εὐώνυμος, videantur tragici, e quibus sufficiat afferre Aeschylum Prom. 714. — Etiam invenitur in scriptis, quae nomine Hippocratis circumferuntur, cf. de morb. mul. Ed. Ermerins II pg. 696 vs. 6. — Polybius hac voce semel usus est idque in proverbio, cf. 1347 : 24 (XXXVIII : 2 : 9) καθάπερ ἐν παροιμίᾳ φασίν, οὐ μόνον τὰ διδόμενα τῇ δεξιᾷ παρὰ Ῥωμαίων ἐδέχοντο τῇ λαιᾷ χειρί κτέ. — Diodor. XIII : 45 § 7, 99 § 6, XVII : 59 § 2.

λακίς. *Lacinia.* In prosa hoc verbum non invenitur ante Diodorum. Usurparunt Aeschylus Choeph. 28 Pers. 835 et alibi, Aristoph. Ach. 423 verba Euripidis: ποίας ποθ' ἁνὴρ λακίδας αἰτεῖται πέπλων; Diodor. XIV : 72 § 6 in naufragio describendo utitur de partibus navium, et XIII : 99 § 4 est „ruptura navis". Usitatius est τὸ ῥάκος.

λάκτισμα. *Proculcatio.* Invenitur tantum apud Aeschylum Agam. 1601 (improprie de atroci coenae iniuria, quam passus erat Thyestes λάκτισμα δείπνου ξυνδίκως τιθεὶς ἀρᾷ.) et Lycophronem Alex. 835. Deinde Diodorus IV : 59 § 4 λακτίσματι δὲ

ἄφνω τύπτων. — Verbum λακτίζω in Attico sermone pedestri satis notum est.

λαός. Vox usitata apud Homerum tragicosque. Attica forma est λεώς, sed in prosa rarissime occurrit. Omnes loci, quos potui colligere sunt duo apud Platonem Rep. V : 458D, Legg. IV : 707E. Postea antiqua forma redit, cf. Polyb. 378 : 18 (IV : 52 : 7) ἀποδοῦναι τοὺς λαούς, reddere captivos; Diodor. I : 57 § 2 (λαοί = populi) et alibi passim. Apud Diodorum frequenter singulari numero dicitur de exercitu, cf. frg. libri XXII : 8 § 2 (Exc. p. 496 : 52 W.) ἐμβιβάσας δὲ τὸν λαὸν εἰς τὰς ναῦς.

λισσός. *Levis. Glaber.* Vox Homerica, cf. λισσὴ πέτρη γ 293, ε 412, κ 4, Apollon. Rhod. II 384 λισσὴ νῆσος. Nusquam in prosa reperies ante Diodorum XX : 41 § 2 ἐξ ἧς ἀνέτεινε λισσὴ πέτρα πρὸς ὀρθὸν ἀνατείνουσα σκόπελον. — Attice dicas λεῖος.

λιχμάω. *Lingo. Lambo.* Extant duo verba λείχω et λιχμάω, quorum hoc magis poeticum est, quia in prosa ante Diodorum non invenitur, illud apud Aristotelem H. A. VI fin. et Theophrastum occurrit. Aristophanes ambas formas usurpavit, cf. λείχειν Vesp. 738, Pax 854, 855, λιχμάω Pax 756, Vesp. 1033. De forma λιχμᾶν cf. Eurip. Bacch. 698 [Hesiod.] Scut. 235 Diodor. III : 36 § 6.

λυπρός. *Molestus. Tristis.* Prosae scriptores passim λυπηρός sed poetae λυπρὸς magis usurpant, quo Atticus sermo pedester plane caret. De λυπρῷ sufficiat afferre Aeschyl. Pers. 1034, Choeph. 835, Eumen. 174. Porro usus est Herodotus de terra parum fertili, in postremis verbis totius operis IX : 122 ἄρχειν τε εἵλοντο λυπρὴν οἰκέοντες μᾶλλον ἢ πεδιάδα σπείροντες ἄλλοισι δουλεύειν, quod alicui in mentem revocat locum Homericum : ν : 243 οὐδὲ λίην λυπρή, ἀτὰρ οὐδ' εὐρεῖα τέτυκται. Ita pro ἄκαρπος, ἄφορος adhibuit Theophrastus quoque, cf. C. Plant. III : 20, H. Plant. IV : 15, Polybius 868 : 10 (XIII : 9 : 1), Diodor. IV : 20 § 1, V : 39 § 1 χώρα τραχεῖα καὶ παντελῶς λυπρά.

M.

μαρμαρίζω. *Fulguro.* Pindarus frg. 123, 2 (pg. 421 ed. Bergk. 4) τὰς δὲ Θεοξένου ἀκτῖνας προσώπου μαρμαριζοίσας δρακείς. Postea nemo alius, quod hodie sciamus, hac voce usus est nisi Agatharchides, e quo Diodorus magnam partem libri tertii compilavit. Cf. Agath. ap. Photium in Biblioth. cod. 250 (Dindorf ed. Diod. Vol. I pg. IV) et Diod. III : 12 § 5 μαρμαρίζουσα πέτρα i. e. marmor habens. Etiam μαρμαίρω praeter poetas tantum in sequiore prosa occurrit. Verbum quod Attice maxime respondet est λάμπω.

μεγαλωστί. Occurrit apud Homerum Π 776, Σ 26, ω 40 ubi Schol. ἐπὶ μέγαν τόπον interpretatur, itaque „late". Apud Herodotum est „magnifice", cf. V : 67 et VI : 70 (in II : 161 μεγάλως προσέπταισε restituendum est, cf. Cobet Mnem. XI : 152. Fortasse vero μεγαλωστὶ restituendum est I : 167 ἐναγίζουσί σφι μεγάλως, ubi obtinet notio μεγαλοπρεπῶς, v. Herw. Ceterum μεγαλοπρεπέως est VI : 128 ἐξείνιζε μεγαλοπρεπέως.), Apoll. Rhod. II : 840. Sic Polybius usus est 1180 : 3 (XXVIII : 11 : 5). — Atticum est μεγαλοπρεπῶς.

μελανείμων. *Pulla veste indutus.* Utuntur hac voce Aesch. Eumen. 375 et Polyb. 122 : 29 (II : 16 : 13) in narratione de Phaethonte, καὶ τοὺς μελανείμονας τοὺς περὶ τὸν ποταμὸν (Padum) οἰκοῦντας, οὕς φασι τὰς ἐσθῆτας εἰσέτι νῦν φορεῖν τοιαύτας ἀπὸ τοῦ κατὰ Φαέθοντα πένθους.

μέρμις. *Funiculus. Filum.* Homer. κ 23, μέρμιθι φαεινῇ, postea Agatharchides ap. Phot. Bibl. et Diodorus III : 21 § 4 εἷς δ' ἔχων μέρμιθα μακρὰν καὶ δήσας τῆς οὐρᾶς κτέ. Cf. hic index s. v. μαρμαρίζω. Μήρινθος, quae varia lectio est in loco Diodori modo laudati, apud Aristophanem extat Thesmoph. 928.

†μεσάγκυλον. Genus ἀκοντίου, quod occurrit in Euripidis Phoen.

1141, Androm. 1133 Polybio 1089 : 21 (XXIII : 1 : 9) et in incertis fragmentis Menandri (Mein. IV : 245). Est „amentatum iaculum", conferantur Schol. ad Eurip. l.l. Vox formata est ab ἀγκύλη, unde Xenoph. Anab. IV : 2 : 28 ἐναγκυλᾶν.

μετάρσιος. *Sublimis. Altus.* Vox pro μετέωρος tragicorum usu teritur, cf. Soph. Antig. 1009, Eurip. 499 et alibi. In Attica prosa non invenitur, sed apud Aristophanem Aves 1383 legitur βούλομαι μετάρσιος ἀναπτόμενος, ubi v. Herw. Exerc. Crit. 1862 Praef. pg. XII formam Aeolicam πεδάρσιος restituere maluit, collato versu eiusdem fabulae 1197. Herodotus VII : 188 habet μετάρσιαι νῆες, naves quae in alto sunt. Plato Sisyph. pg. 389A utitur composito μεταρσιολέσχης, „qui de rebus caelestibus disputat"; ad cuius operis pg. 466 videatur Schol., qui nos discrimen docere vult scilicet inter μετέωρος et μετάρσιος, idque hoc modo: τὰ μὲν μετέωρα ἐν οὐρανῷ καὶ αἰθέρι ἐστίν, ὡς ἥλιος καὶ τὰ λοιπὰ καὶ οὐρανὸς καὶ αἰθήρ, μετάρσια δὲ τὰ μεταξὺ τοῦ αἰθέρος καὶ γῆς ἐν ἀέρι συνιστάμενα, ὡς ἄνεμοι, νεφέλαι, ὄμβροι, ἀστραπαί, βρονταί κτἑ. — Primo in prosa occurrit apud Diodorum III : 51 § 4 τῆς μεταρσίας κινήσεως (ubi olim falso τῇς μεταρσίας κινήσεως legebatur), ex Agatharchide haustum, cf. Diod. ed. Dind. Vol. I Praef. pg. IV, et hic index s. vv. μαρμαρίζω et μέρμις.

μέτρημα. *Demensum.* Hoc vocabulum pro pedestri μέτρον legitur apud solum Euripidem, cf. Ion. 1138 (v. spur.) Iphig. Taur. 954 ἴσον ἅπασι βακχίου μέτρημα. — Polyb. 579 : 11 (VI : 38 : 3) utitur de frumento cuius certa mensura militibus tribuebatur, et 693 : 26 (IX : 27 : 11) pro μισθῷ.

μῆνις. *Ira.* Volgare est ὀργή. Loci, ubi μῆνις in Attico sermone occurrit, hi sunt: Plato Rep. III : 390E, Legg. IX : 880E, Hipp. Mai. 282A, Menander ed. Mein. IV : 250, 330. — Poetis est frequens, cf. e. c. Aesch. Agam. 155, Choeph. 294, Pind. Pyth. IV : 159. — Etiam Herod. usurpat VII : 134 et 137. — Diodor. XV : 49 § 4. Conferatur proximum vocabulum.

μηνίω. *Succenseo.* Attice ὀργίζεσθαι, ἐν ὀργῇ vel δι' ὀργῆς ἔχειν. Nusquam in Attico sermone pedestri invenitur, sed passim apud poetas, cf. e. c. Hom. E 178, Aesch. Eumen. 101 (medium), Soph. Oed. Col. 1274. — Porro Herodot. V : 84 πέμψαντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι ἐμήνιον τοῖσι Ἐπιδαυρίοισι (exprobare), VII : 229, IX : 7. — Diodor. XV : 49 § 3. IV : 81 § 5.

μητροπάτωρ. Attici (cf. Plato Legg. IX : 856D) dicunt πάππος πρὸς μητρός, sed Hom. Λ 224, Herod. III : 51, VI : 131, Apollod. II : 4 : 6 : 1, et Diodor. IV : 59 § 1 usurpant μητροπάτωρ.

μίτος. Occurrit Hom. Ψ 762, ad quem locum af. Eust. 1571 : 62 μίτος δὲ, δι' οὗ τοὺς στήμονας ἐναλλάσσουσιν εἰς πλόκην τῆς κρόκης. οἱ δέ φασιν ὅτι καῖρος αὐτὸς ὁ μίτος ἐστίν. — Versus est: πηνίον ἐξέλκουσα παρὲκ μίτον, „filum subteminis per stamen extrahens"; sed de significatione et recta interpretatione huius versus in diversa abeunt intrepretes. Ducntzer παρὲκ πηνίον et ἐξέλκουσα μίτον coniungens, πηνίον *stamen*, μίτος *filum subteminis* intellegit. Quidquid est, est vocabulum rarissimum, nam ante Polybium tribus locis invenitur, loco Homeri laudato, in Eurip. frg. 370 : 1, in Lycophr. 584 καὶ ταῦτα μὲν μίτοισι χαλκέων πάλαι // στρόμβων ἐπιρροιζοῦσι γηραιαὶ κόραι, quo loco videatur paraphrasis: καὶ ταῦτα μὲν μίτοις ἤγουν μοίραις τῶν πάλαι χαλκέων τῶν ἀτράκτων ἐπινήθουσιν αἱ Μοῖραι. Polybius 218 : 10 (III : 32 : 2) διαγνῶναι βύβλους (melius βίβλους, quod exhibent mss.; etiam si non haberent codd. tamen esset scribendum per ι, cf. Meisterhans Grammat. der Griech. Inschr. 1885 pg. 12) τετταράκοντα καθαπερανεὶ κατὰ μίτον ἐξυφασμένας, i. e. libros filo continuo, sive perpetua rerum serie contextos. Cum hoc loco Polybii conferatur Cicero Epist. ad Atticum XIV : 16 § 3 (ed. Orell.2) „Herodi autem mandaram, ut mihi κατὰ μίτον scriberet; a quo adhuc nulla littera est." — Extat adiectivum apud Sophoclem Antig. 1222 βρόχῳ μιτώδει, textili laqueo. Volgatius est λίνον.

μολεῖν. Aoristus II verbi βλώσκω, (Attice ἔρχομαι), inusitati in dialecto Attica volgari. Aoristus, Futurum, Perfectum passim apud poetas occurrunt, e quibus sufficiat afferre Homerum Ω 781, γ 44, Pindarum Ol. IX : 71, Pyth. III : 47, V : 83, Nem. X : 11, 25, Aeschylum Prom. 236 (plus 50 exempla ex Aeschylo affert Dindorf in Lexico Aeschyleo). — Ex Aristophane laudantur μόλε Lysistr. 1263, 1298 (in carmine dialecti Spartanae), μόλετον Thesmoph. 1155 (in carmine melico), μόλοις Thesmoph. 1146 (in carm. mel.), μόλω Lysistr. 743 (in versu tragoediam imitante), μόλωμεν Equit. 21, 22, 23, 25, 26, 73 (in verborum lusu μόλωμεν — αὐτομολῶμεν), μολών Ran. 1232 (Initium Iphigeniae Tauricae), ἔμολον Lysistr. 984 (in oratione Spartiatae), et Aves 404 (in carm. mel.), μολεῖν frg. Aristoph. ed. Blaydes pg. 298 frg. 575 („Numeri et verba tragica", Bakh. pg. 198). In frg. com. apud Meineke invenitur apud Cratinum M. II : 85, Strattidem M. II : 778, Philemonem M. IV : 26, cf. de his locis Bakh. pg. 105. — Semel legitur in Attica prosa, Xenoph. Anab. VII : 1 : 32 in verbis Thebani cuiusdam. — Omnibus locis collatis Bisschop Dissert. Annot. ad Xen. pg. 81 recte hoc verbum inter Dorica recepit. — Polybius 1220 : 4 (XXX : 9 : 5) εἰ μὲν γὰρ εἰς τὴν πατρίδα μολεῖν ἐπεθύμει, ubi Polyaratus Rhodius loquens inducitur.

μονόλιθος. *Ex uno lapide factus.* Post Herodotum II : 175 occurrit apud Diodorum I : 46 § 1, 47 § 2, 59 § 4, 66 § 4.

†μυκηθμός. *Mugitus.* Mere fortuitum videtur nec μυκηθμόν nec μύκημα in prosa occurrere ante Polybium 839 : 9 (XII : 25 : 2). E poetis videantur Hom. μ 265, Eurip. Bacch. 691.

μύσος. *Scelus.* Vox poetica, quae non occurrit in prosa ante Diodorum. Conferantur poetae Aesch. Choeph. 651, Eumen. 195, 839, Soph. et Eurip. — Diod. I : 21 § 2, 65 § 8, IV : 52 § 4, V : 59 § 2. Volgaria sunt ἁμάρτημα, ἀδίκημα, ἔργον ἀνόσιον.

μυχθίζω. Interpretantur Grammatici per χλευάζω, μυκτηρίζω. — Polyb.

917 : 30 (XV : 26 : 8) μυχθίζοντες δὲ καὶ διαψιθυρίζοντες. Occurrit in spurio carmine Theocriti XX : 13 χείλεσι μυχθίζοισα, (suspiro), et Aeschyl. Prom. 742 habet ἀναμυχθίζομαι = ingemisco.

N.

ναυστολέω. *Navi veho, navigo.* In prosa non occurrit ante Diodorum, passim vero apud tragicos, cf. Aeschyl. Agam. 664, Soph. Philoct. 245, 279. Bis legitur apud Aristophanem Aves 1229, Thesmoph. 1101 (hoc loco est versus tragicus). — Diodor. IV : 13 § 4 de Hercule, idque forma passiva ναυστοληθείς. — Attice πλεῖν.

ναύτιλος pro ναύτης tragicorum usu teritur. Cf. Aeschyl. Prom. 468, Agam. 631, 899 et alibi, Aristoph. Ran. 1207 (vers. trag. cf. v. d. Sande Bakh. pg. 157), Nausicrat. ap. Mein. IV : 575 frg. 1 et 2, Herodot. II : 43. — Diodor. III : 44 § 4.

νεκυομαντεῖον. *Oraculum, ubi manes responsa dant.* Herod. V : 92, η) in forma Ionica νεκυομαντήιον et post eum Diod. IV : 22 § 2.

νεοχμός pro νέος est tragicum, cf. Aesch. Prom. 149, Pers. 693. In Attica prosa non legitur, sed Herod. IX : 99, Aristoph. Ran. 1373, Thesm. 700 et Cratinus ap. Mein. II : 101 utuntur. Diod. XI : 7 § 2 de militibus, qui recentibus viribus in pugnam ineunt, νεοχμοὶ πρὸς διαπεπονημένους συμβαλόντες. — Verbum νεοχμοῦν pro νεωτερίζειν non tantum occurrit in Herodoto IV : 201, sed etiam apud Thucydidem I : 12 : 2.

*νηπενθὲς. Diod. I : 97 § 7 τὸ γὰρ νηπενθὲς φάρμακον, ὃ λαβεῖν φησιν ὁ ποιητὴς τὴν Ἑλένην κτέ. alludit ad Hom. δ 221.

νωχέλης. *Tardus. Segnis.* Usurparunt Eurip. Orest. 800 πλευρὰ νωχελῆ νόσῳ, et poetae sequiores Arat. 391, Manetho ed. Koechly IV : 517, praeterea Nicander Theriac. 160. Pedestrium pri-

mus Diodorus XV : 41 § 2 ἐν δὲ τοῖς πραττομένοις νωχελῆ. — Volgaria sunt βραδύς, νωθρός, νωθής, ὀκνηρός. — Apud [Hippocratem] II de morb. mul. ed. Ermer. pg. 623 vs. 10 occurrit substantivum τὸ νωχελές, sic Ermer., Mss. τὸ νοχελές. Notat idem ac Latine „secundae" (scil. membranae Cels.).

O.

ὀδάξειν. (In Hippocratis locis Mss. ἀδάξω vel ἀδαξέω exhibent). Videtur verbum Ionicum, non poeticum, nam καρδίαν ὠδαγμένος apud Clem. Alex. V pg. 716 : 16 falso Sophocli tribuitur. Occurrit semel apud Xenophontem, Conv. IV : 28 (cum var. lect. ὠδάξουν), et saepius in scriptis medicis, cf. [Hippocr.] II de morb. mul. ed. Ermer. 754 lin. 3, 761 lin. 18 et alibi, in forma media vel passiva, i. e. κνησιᾶν, κνίζεσθαι. Diodor. III : 29 § 6 habet recentiorem formam ὀδαξᾶσθαι. Apud Apollonium Rhodium IV : 1608 est ὀδακτάζειν.

ὅμαιμος. *Consanguineus. Frater. Soror.* Invenitur apud omnes tragicos, cf. e. c. Aeschyl. Sept. 681, 940 Eumen. 212, 605 et saepe alibi. Nec in Attica prosa nec apud Aristophanem legitur, tamen sermone Attico non plane inusitatum videtur, cf. Cratin. ap. Mein. II : 182, Plat. ap. Mein. II : 686. — Herodotus, non aliter quam Tragici, habet duas formas: nam I : 151 et VIII : 144 legitur ὅμαιμος, sed V : 49 ἄνδρας ὁμαίμονας. — Diodor. IV : 34 § 5 περιαλγὴς ἐπὶ τῇ τῶν ὁμαίμων ἀναιρέσει. — Poetica quoque sunt σύναιμος et αὐθαίμων.

ὁμέστιος. *Contubernalis.* Vox grave sonans pro „σύνοικος" occurrit apud Sophoclem frg. 401 Ζεὺς ὁμέστιος (correctio Tennulii pro ὁμόσε) et apud Aristophanem frg. 686 ed. Blaydes (723

Dind.) σὺ δ' ὀμέστιος θεοῖς; πόθεν; Nusquam alibi invenitur ante Polybium, cf. 168 : 18 (II : 57 : 7), 358 : 1 (IV : 33 : 5).

ὀμματοῦν. Hoc verbum vetusto tempore apud neminem occurrit praeter Aeschylum Suppl. 467 et Choeph. 854, ubi est „*illustrare*". Cf. ἐξομματοῦν Ar. Plut. 635 (in paratragoedia). Apud Diodorum IV : 76 § 3 ὀμματοῦν τὰ ἀγάλματα, quod primus fecit Daedalus, ergo „oculatas statuas facere".

†ὀξυβελής. *Acutam habens cuspidem* apud Homerum Δ 126 ὄϊστὸς ὀξυβελής. Secundum Plutarchum Moral. 98D dixit Empedocles χαῖται ὀξυβελεῖς de echino, cf. pg. 920C ubi idem philosophus ἥλιος ὀξυβελής dicit. — Deinde est Oppian. Hal. II : 346. — Apud Diodorum XX : 49 § 4, 85 § 3, XVI : 75 § 3, 74 § 4, ὀξυβελεῖς sunt machinae, quae tela emittunt. Coniungitur adiective cum καταπέλται (vetustam formam esse καταπάλτης praeter vocabulo originem testantur tituli Attici cf. v. Herwerden. Lapidum de dial. Att. testimonia, pg. 56), Diod. XIV : 50 § 4, et alibi apud eundem.

ὀρειβατέω. *Montes scando.* Occurrit tantummodo apud sequiores, Diod. V : 39 § 3 „ἐμβιοῦντες ὄρεσι χιονοβολουμένοις καὶ τραχύτητας ἀπίστους ὀρειβατεῖν εἰωθότες". Apud tragicos occurrit adiectivum ὀρειβάτης, cf. Soph. Philoct. 955, Oed. Col. 1054 (locus est corruptissimus; Nauck proposuit ἔνθ' οἶμαι λεὼν ὀρειβάταν, vulgo ἔνθ' οἶμαι τὸν ἐγρεμάχαν Θησέα καὶ κτἑ. Schol. γρ. ὀρειοβάταν), Eurip. Troad. 436 ubi codex Pal. valde interpolatus exhibet ὠμοβροστορειβάτης, unde Scaliger fecit ὠμοβρώς τ' ὀρειβάτης scil. Κύκλωψ; hodie legitur ὠμόφρων τ' ἐπιστάτης. — Miror neminem adhuc cogitasse de legendo ὀρειβάται Ἴβηρες in Polybio 220 : 5 (III : 33 : 9), corrupto omnium consensu ὀρεῖται Ἴβηρες; nam quod olim ὀρῆτες (Hultsch. legit Ὀρῆτες [Ἴβηρες]) exstiterint, nullum est vestigium praeter hunc ipsum locum. Imprimis mihi arridet ὀρειβάται, quia Diodorus, postquam eodem capite de Celtiberis et Iberibus dixit, ὀρειβατεῖν usurpat de Liguribus et Polybius l.l. de his gentibus agit.

ὄρφνη. *Tenebrae. Caligo.* Vox rarissima in antiquiore prosa; semel inveni, Xenoph. de Rep. Laced. V : 7, ubi τῇ ἡμέρᾳ opponitur, itaque = νύξ est. Passim legitur apud poetas, cf. Pindar. Ol. I : 71, XIII : 70, Pyth. I : 23, Theognis 1077. Imprimis est acceptum Euripidi. Semel apud Aristophanem occurrit, Ran. 1332, in monodia Euripidis, cf. v. d. Sande Bakh. pg. 171. — Usurpavit Polybius 986 : 7 (XVIII : 2 : 7), ubi est „caligo". — Cf. hic index s. v. ζόφος.

οὐλαμός. Vetusto tempore solus Homerus, idque tantum in Iliade, hac voce utitur, cf. Δ 251, 273, Υ 113, 379 semper in formula οὐλαμὸς ἀνδρῶν. Postea primum occurrit apud aequales Nicandrum et Polybium, quorum ille Ther. 611 dixit μελισσαῖος οὐλαμός, hic passim utitur de turma equitum (= ἴλη), cf. 568 : 18 (VI : 28 : 3), 568 : 30 (VI : 29 : 2), 574 : 10 (VI : 33 : 10), 986 : 14 (XVIII : 2 : 9) et alibi.

ὀφρύς. Sensu metaphorico pro *supercilio montis*, *littore*, *ripa* est poeticum, cf. Hom. Υ 151, Pindar. Olymp. XIII : 106. Hac vocabuli significatione utitur Polybius, cf. 142 : 3 (II : 33 : 7) ὀφρὺς (Attice et Ionice χεῖλος) τοῦ ποταμοῦ et alibi; 605 : 2 (VII : 6 : 3) τὰ δ' ἐπίπεδα τῶν λόφων τούνων ὑπὲρ τὰς ὀφρῦς οἰκιῶν ἐστι πλήρη καὶ ναῶν, et sic porro de omnibus rebus, quae eminent. Herodotus sic usurpat ὀφρύη, cf. IV : 181, 182, 185. — Ceterum conferendi sunt Xen. Hell. IV : 6 : 8 τὰ κράσπεδα τῶν ὀρῶν, et Herod. I : 185 κρηπῖδα κύκλῳ περὶ αὐτὴν (scii. τὴν λίμνην) ἤλασε. — Etiam Polybius usurpat χεῖλος pro ripa fluminis, margine fossae, ora dolii cf. 199 : 26 (III : 14 : 6), 658 : 29 (VIII : 35 : 5), 1066 : 13 (XXII : 11 : 17), κρηπὶς τοῦ λιμένος 458 : 5 (V : 37 : 8), cf. 624 : 2 (VIII : 5 : 2).

Π.

παλίντροπος. *Aversus* apud Aeschyl. Agam. 777, Suppl. 172. *Reflectens gradum* apud Soph. Phil. 1222, cf. Eurip. Herc. Fur. 1069. — Apud Polybium est „*contrarius*", cf. 436 : 1 (V : 16 : 9) παλίντροπον λαμβάνουσα τὴν προκοπήν, 878 : 3 (XIV : 6 : 6) π. τῆς ἐλπίδος αὐτοῖς ἀποβαινούσης. De mutata proelii fortuna utitur Diodorus XV : 85 § 7 π. ἐποίησε τὴν μάχην, XVII : 27 § 1, XIX : 109 § 4.

παλίσσυτος. *Retro ruens.* Soph. Oed. Rex. 192 Eurip. Suppl. 388. Lycophr. 1461. Polyb. 899 : 11 (XV : 12 : 2) τινὰ .... τῶν θηρίων .... ὥρμησε παλίσσυτα. Inde format Diodorus verbum παλισσυτεῖν, quod apud eum solum legitur, cf. I : 32 § 6, III : 22 § 2, 40 § 5.

παραδοχή. Apud Euripidem Bacch. 201 sunt πάτριοι παραδοχαί *doctrina* vel *mores a maioribus accepti*; sic apud Dionysium A. R. IV : 36. Sed Polybio παραδοχή est *benevolentia, gratia qua res accipiuntur* cf. I : 6 (I : 1 : 1), 7 : 3 (I : 5 : 5) et alibi. Attice posteriore sensu dixeris ἔπαινος. Cf. ἀποδέχεσθαι et ἀποδοχή.

παρακοπή. *Mentis alienatio. Delirium.* Hoc substantivum nec in Attica prosa nec apud Aristophanem ceterosque comicos legitur, sed usurpatur ab Aeschylo Agam. 223, Eumen. 330, 342, Polybio 1359 : 6 (XL : 3 : 2) ἀγνοίᾳ καὶ παρακοπῇ, Diodoro XV : 7 : 3 λύττης καὶ παρακοπῆς. — Παράκοπος etiam apud Aristophanem invenies Thesmoph. 680 (in choro), παρακόπτειν sensu τοῦ παραφρονεῖν vel μαίνεσθαι in prosa non ante Aristotelem. Παρακόπτειν Attice dicitur de nummis falsis percutiendis, sin autem compositum velis, quod maxime cum παρακόπτειν in sensu τοῦ delirare comparari possit, est παραπαίειν, Plato Conviv. 173E.

†παραρρίπτειν. *Obicio.* Fortuitum esse potest hoc compositum in

prosa non legi ante Diodorum. Occurrit apud Sophoclem Oed. Rex. 1493 *τίς παραρρίψει*; „quis aleam inibit?" cf. Soph. frg. 499 *ἐμπολὰς παραρρίπτοντες*. Diod. XIII : 79 § 2 *τὰ σώματα τοῖς κινδύνοις παραρριπτόντων*.

†*παρασπαιστής*. *Comes, qui a latere stans clipeo munitus pugnat.* Aesch. frg. 309, Eurip. Cycl. 6 et alibi; apud neminem alium occurrit ante Diodorum V : 29 § 2 *ἡνιόχοις καὶ παρασπισταῖς*. Conferri potest *παραβάτης* in Praefatione mea.

†*παρασύρω*. *In medium traho.* Aeschyl. Prom. 1065, Soph. frg. 890. Apud alios non invenitur ante Polybium, 934 : 1 (XVI : 4 : 14) *παρασύροντες τῶν πολεμίων τοὺς ταρσούς*, (alibi cf. 933 : 8 (XVI : 4 : 5) utitur Polybius hoc sensu *παραλύω*). Deinde usus est Diodorus XI : 18 § 5 *ὧν δὲ τοὺς ταρσοὺς παρέσυρον*, XVII : 55 § 4, 58 § 5, XIII : 16 § 5. Ceterum conferatur hic index s. v. *ἀνασύρω*.

παρευτρεπίζω. *Apparo.* Attice *παρασκευάζω*. Hoc compositum verbi satis noti ante Polybium tantum bis apud Euripidem legitur, cf. Iphig. Taur. 725 et Cycl. 594. Forma media apud Polybium est 532 : 23 (V : 108 : 4). Verbum simplex *εὐτρεπίζω* in veteri prosa non minus quam poesi adhibetur.

πένθιμος. *Luctuosus.* Hoc adiectivum in prosa Attica non invenitur, occurrit apud Aeschylum Suppl. 549, Euripidem Suppl. 973 et alibi apud eundem. Pedestrium primus utitur Diodorus, cf. XI : 57 § 3 *πενθίμη ἐσθῆς*, XIII : 101 § 5 *παρελθόντες εἰς τὴν ἐκκλησίαν ἐν πενθίμοις*. Hoc sensu Attici dicunt *μέλας*, cf. *μέλανα ἱμάτια* Xen. Hellen. I : 7 : 8 in eadem narratione de pugna ad Arginusas facta. — Ceterum *πενθικῶς* apud Xenophontem est Cyrop. V : 2 : 7.

πεπνυμένος. Cf. *πνέω*.

περιέπω. *Curo.* Ionicum verbum puto ob frequentissimum usum apud Herodotum, apud alios frustra quaeritur. Cf. Herod. I : 73, 115, II : 69, 169, VII : 181, porro formula *τρηχέως περιέΦθησαν* (Attice *κακῶς διεπέθησαν*) VIII : 27 et alibi. — Homerus pas-

sim ἀμφιέπω usurpat, cf. ultimus versus Iliadis ὣς οἵ γ' ἀμφίεπον τάφον Ἕκτορος ἱπποδάμοιο. — Olim in [Hippocratis] Prorrhet. II pg. 105D ed. Foesii legebatur: ὑπὸ τοῦ νοσήματος τούτου κακῶς περιέπεσθαι, ubi Ermerins Vol. III pg. 383 vs. 6 περιέσεσθαι scribit. — Xenophon saepe hoc Ionico vocabulo usus est, cf. Memor. II : 9 : 5. Sympos. VIII : 38. Cyrop. IV : 4 : 12 et alibi. — Polybius 330 : 29 (IV : 10 : 5).

πνέω. Formas πέπνυμαι et πεπνυμένος in Attico sermone haud reperies; apud Homerum significant φρόνιμος, συνετός, ἔμφρων, *sapiens*, *prudens*, cf. Ω 377, Η 278, α 361, ψ 210, δ 696 et passim alibi. Hesiod. Opera 731 in nota Homerica formula πεπνυμένα Ζειδώς. Deinde haec dictio e sermone Graeco evanuit, sed redit apud Polybium 588 : 22 (VI : 47 : 9) ζῶσι καὶ πεπνυμένοις ἀνδράσι, 594 : 14 (VI : 53 : 10) εἰκόνας .... οἱονεὶ ζώσας καὶ πεπνυμένας, ubi igitur est „*spirans*", ἔμπνους. In libro XXXVI : 6 : 6, Hu. 1326 : 20, citatur Homerus κ 495, nam Marcus Porcius Cato, cum res a Scipione praeclare gestas audivisset, narratur dixisse: „οἷος πέπνυται· τοὶ δὲ σκιαὶ ἀίσσουσιν," cf. Plato Meno pg. 100A, ubi idem versus laudatur.

πολυτρήρων. Cf. hic index s. v. ἀγχίαλος.

†πρατήριον. Moeris pg. 314 πωλητήριον Ἀττικῶς, πρατήριον Ἑλληνικῶς. Sed πρατήριον vetusto tempore iam occurrit apud Herodotum VII : 23, ἵνα ἐφ' ἀγορή τε ἐγίνετο καὶ πρητήριον. Ceterum πρατήρ iam in Platone Leg. XI : 915D et Isaeo X : 24 occurrit, ita ut valde dubites, num πρατήριον Ionicis vocabulis adscribendum sit. — Πωλητήριον legitur apud Xenophontem Vectig. III : 13. — Diodorus XV : 7 § 1 πρατήριον usurpat de eo, quod Romanis „catasta" est.

προγενής. Compositum est, quod legitur apud Homerum et Sophoclem, deinde in prosa posteriore. Soph. Antig. 938 θεοὶ προγενεῖς, Homer. in comparativo Β 555, Ι 161, Ψ 789. Hymn. in Cer. 110. — Polyb. οἱ προγενέστεροι 666 : 16 (IX : 2 : 2), et

προγενέστατος πάντων „maximus natu" 594 : 17 (VI : 54 : 1). — Attice πρεσβύτεροι dicitur et πρεσβύτατοι.

†προσδεῖν. *Alligo.* Hoc compositum τοῦ δεῖν (= ligo) ante Diodorum tantum apud Ionicos scriptores occurrit, cf. Herod. VI : 119, [Hippocr.] de nat. pueri in partu ed. Erm. II : 497 lin. 26, II de morbis pg. 206 lin. 19. — Diodorus XVII : 41 § 8 προσέδησαν τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος ξόανον τῇ βάσει. — In Polybio 752 : 5 (X : 34 : 8) iam olim correctum est προσδεδεγμένον pro προσδεδεμένον.

προσκλίνω. *Acclino.* Hoc compositum tantum invenitur apud Homerum Φ 138, 165, ξ 308, Pindarum Pyth. 1 : 28. In prosa primus usus est Polybius pro *inclino in partes alicuius, faveo*, 377 : 13 (IV : 51 : 5), 511 : 26 (V : 86 : 10). Sic πρόσκλισις primum apud Polybium occurrit, cf. 550 : 23 (VI : 10 : 10). — Attice dixeris Φρονεῖν τά τινος.

προσκυρεῖν. *Accedo.* Hesiod. Theog. 198. Soph. Oed. Rex 1299. Aeschyl. Choeph. 13 πότερα δόμοισι πῆμα προσκυρεῖ (i. e. προσπίπτει) νέον. In prosa hoc compositum, loco pseudo-Hippocratis excepto, non occurrit ante Diodorum XVI : 42 § 4 πολίσλατα προσκυροῦντα (i. e. προσγενόμενα) ταῖς ἐννέα πόλεσιν. In falsis Hippocrateis legitur apud Ermer. III : 353 cr. 9.

†προσχαίνω sive potius προσχάσκω. *Hianti ore intueor.* Ante Polybium 369 : 17 (IV : 42 : 7) παντὶ τῷ λεγομένῳ προσκεχηνέναι παιδικῶς tantum invenitur apud Aeschylum Agam. 920 μηδὲ βαρβάρου Φωτὸς δίκην χαμαιπετὲς βάαμα προσχάνῃς ἐμοί. — Praesens et Imperf. χαίνω ἔχαινον et comp. apud sequiores demum reperiuntur. Cum vero alio sensu usurpetur ἐγχάσκειν, vix dubitandum, quin sermone Attico optime dixeris προσχανεῖν τινί sive χάσκειν (κεχηνέναι) πρός τινα.

πυρσός. *Fax.* Hesych. explicat per λαμπάδες καιόμεναι, λαμπτῆρες. Legitur in Homero Σ 211, Pind. Isthm. IV : 43, Eurip. Phoen. 1377. Herod. VII : 182, IX : 3. Quamquam πυρσεύω „facem tollo" apud Xenophontem Anab. VII : 8 : 15, Aristot.

de mundo 5 occurrit, πυρτός in Attica prosa non invenitur. Postea Polybius 654 : 7 (VIII : 30 : 10), 764 : 19 (X : 44 : 10) et alibi. Coniecit Hultsch 1066 : 9 (XXII : 11 : 15). — Volgare est δᾴς. In re militari Atticis propria sunt φρυκτός, φρυκτωρεῖν, φρυκτωροί, φρυκτωρία.

πῶμα. *Operculum.* Haec significatio ante Polybium occurrit in Hom. Δ 116, ι 313 et alibi, Hesiod. Op. 98. — Polyb. 1066 : 10 (XXII : 11 : 16) κἄπειτα σιδηροῦν πῶμα τρημάτων πλῆρες τῷ στόματι περιθέντας κτἑ. — Volgare hoc sensu est ἐπίθημα cf. Aristoph. frg. 295 ed. Blaydes (ex Εἰρήνῃ δευτέρᾳ), Hegesipp. ap. Mein. IV : 479, ἐπίβλημα Nicostrat. ap. Mein. III : 284.

P.

ῥύομαι. Notat idem quod τᾴζω, διασᾴζω, φυλάττω, ἀμύνομαι. Mihi videtur vox Ionica ob frequentissimum usum Herodoti, Homeri, Tragicorum et Hippocratis. — Cf. Hom. P 223, O 290, Ξ 107, Aeschyl. Sept. 91, 303, 824, Soph. Oed. Rex 312, Herod. I : 86. IV : 125, V : 100, VI : 7, VIII : 65; hi omnes passim alibi. — Non tamen plane inusitatum in Attico sermone fuisse demonstrant Thucydides, qui semel utitur V : 63 § 3 ἔργῳ ἀγαθῷ ῥύσεσθαι τὰς αἰτίας στρατευσάμενος (redimere), Aristoph. Lysistr. 342 (in choro), et duo loci nullius auctoritatis in frgm. com. Graec. Mein. IV pg. 335 Epigramma Menandri, et pg. 353 vrs. 473 monost. — Diodor. XIX : 60 § 3, XII : 53 § 1, XIII : 64 § 6, I : 77 § 3, XIX : 4 § 5.

ῥύσιον. *Quod pro libertatione alicuius datur. Pignus.* Hesych. λύτρον, τίμημα, ἢ τὸ ἕνεκα ἐνεχύρου κατεχόμενον. In prosa non occurrit ante Polybium. — De usu poetico conferantur Aesch. Suppl. 412, Soph. Oed. Col. 858, Philoct. 959, Hom. Λ 673. —

Polybius saepe utitur, semper in plurali numero, i. q. *vindiciae, ius res repetendi per vim*, cf. 1276 : 1 (XXXII : 17 : 1), 379 : 7 (IV : 53 : 2) καταγγέλλειν βύσίᾳ τινι, cf. formulae Atticae σῦλον ἔχειν et σύλας s. σῦλα διδόναι, ποιεῖσθαι, κατασκευάζειν.

Σ.

σπείραμα. *Spira.* Aeschyl. Choeph. 248 improprie utitur de Agamemnone a Clytemnestra interfecto „θανόντος ἐν πλεκταῖσι καὶ σπειράμασιν δεινῆς ἐχίδνης". Pro „ἀντιπάλου δυσχείρωμα δράκοντος" Soph. Antig. 126 coniecit v. Herw. Excerpta e poetis Graecis Ed. altera, 1886 pg. 86 ἀντιπάλου τε σπείραμα δράκοντος. Diodor. III : 36 § 5, cf. hic index s. v. κύκλωμα.

σπιλάς. *Rupes. Saxum.* Occurrit apud poetas. cf. Hom. γ 298, ε 401, 405, Soph. Trach. 678, frg. Laocoöntis 341 (in versu corrupto, sed sanum est σπιλάδεσσι, cf. v. Herw. Exercit. Criticae, pg. 13), Callim. Hymn. in Delum 243, Apoll. Rhod. II : 552 et alibi passim, Lycophr. 1081. Primus Theophrastus in prosa utitur hac voce in significatione „glarea", quam inesse volunt quoque in versu Soph. Trach. laudato, qui tamen ita corruptus est, ut in hac quaestione sine damno omitti possit, cf. annot. Nauckii in edit. — Priore significatione utitur Polybius 44 : 33 (I : 37 : 2) πρὸς ταῖς σπιλάσι καὶ τοῖς ἀκρωτηρίοις καταγνύμενα. Diodor. III : 44 § 4. — Volgaria sunt ἡ πέτρα, ὁ σκόπελος.

στέγος. *Tectum. Domus.* Mere poetica forma est στέγος, sed ἡ στέγη, quamquam raro, occurrit praeterquam apud poetas etiam in Xenophonte Cyrop. VI : 1 : 14, Anab. IV : 4 : 14; deinde in comoedia satis frequens est, cf. Antiphan. Mein. III : 26 et 96, Eupol. Mein. II : 492. Videatur praeterea Herodot. II : 148,

175. — Volgare in Attico sermone est *τέγος*, cf. Thuc. IV : 48, Xen. Hell. IV : 4 : 12, Demosth. *π. Ἀνδροτ.* § 53. — *Στέγος* poetae passim, cf. Aesch. Pers. 141 Agam. 310, Soph. Aias 307. Eurip. Iphig. Taur. 48, in prosa Diodorus primus usurpavit, cf. XIX : 45 § 7 *ἐπὶ τὰ στέγη καταφυγόντας*. Inde sequitur Diod. XIX : 7 § 3 *τοὺς ἀπὸ τῶν στεγῶν ἀμυνομένους*, genetivum esse tertiae declinationis. Alibi Diodorus, modo sit librariis fides (nam duplici forma eum usum esse parum videtur probabile), dixit *τέγος*, IV : 52 § 3, quod restituit Schweighäuser Polybio 501 : 5 (V : 76 : 4), ubi deteriores codices *στέγος* exhibent.

στίβος. *Callis. Via trita. Vestigia.* Ionicum vocabulum puto aeque ac *στείβω*, utraque enim vox excepto Xenophonte neque in Attica prosa neque in Attica comoedia usquam occurrit. Sauppe Lexilogus pg. 122 *στείβω* inter poetica vocabula recepit, de „*στίβος*" tacet. De substantivi usu videantur Aeschyl. Prom. 679, Agam. 411, Soph. Antig. 773, Eurip. Orest. 1274, Herod. IV : 120, 122, V : 102, IX : 59. Xenoph. Anab. I : 6 : 1, VI : 3 : 24, VII : 3 : 43; verbum occurrit e. c. apud Homerum Υ 499, Eurip. Hippol. 217, Ion. 495, Lycophr. 92, Xenoph. Anab. I : 9 : 13. — Polybius 133 : 1 (II : 25 : 5) *ὑποχωρεῖν κατὰ τὸν αὐτὸν στίβον*, cf. 243 : 22 (III : 53 : 10). — Diodorus ab hoc radice derivatas formas habet, *στιβεύω* V : 3 § 2 *investigare vestigia* de canibus, et *στιβεία* IV : 13 § 1. — Attici pedestri sermone dicunt *ἴχνος*, cf. Plato Rep. II : 365^{D}, Phaedr. 276^{D} *ταὐτὸν ἴχνος μετιέναι*, et *ἰχνεύω* Plato Legg. II : 654^{E}, Xenoph. Cyneg. IV : 9.

στροβεῖν. *Circumago. Torqueo.* In prosa quidem Attica non invenitur, sed praeterquam apud Aeschylum Agam. 1216, Choeph. 1052 et 208 (cf. Lycophronem 172, 756, 1218) occurrit saepe apud Aristophanem, cf. Equit. 387, Vesp. 1529, Ran. 817, Nub. 701, (semper tamen in choro). Polyb. 1122 : 16 (XXIV : 8 : 13) *ἐστροβεῖτο νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν περὶ τούτων*

διανοούμενος. — Magis e volgari usu sunt στρέφειν Plat. Rep. I 330D, ἄγχειν Dem. περὶ παραπρ. § 208.

στυγεῖν. *Odisse.* Attici scriptores pedestres dicunt μισεῖν, neque usquam in prosa στυγεῖν sive στύγος reperiuntur, in comoedia tamen subinde fit obviam, cf. Aristoph. Acharn. 33, qui versus ob usum ipsum τοῦ στυγεῖν tragicus esse creditur (v. d. Sande Bakh. pg. 1), Acharn. 472 (versus Euripidis) et Thesmoph. 1143 (in chori cantu). Versus igitur Aristophanis probare non possunt verbum volgare esse, nec magis locus Diphili apud Kock pg. 565, frg. 73 : 5 οὐχ ὁρᾷς // ἐν ταῖς τραγῳδίαισιν αὐτὰς ὡς στυγεῖ; (scil. Εὐριπίδης τὰς γυναῖκας), aut anonym. Com. apud Mein. IV : 622. De usu poetico videantur Hom. Θ 370, ν 400 et alibi, Pindarus frg. 203, Aeschyl. Prom. 37, 46, 978 et alibi, ceterique tragici passim. — Usus est Herodotus VII : 236. — Apud Polybium non inveni, sed obviam fit in Diodoro XI : 46 § 3, frg. libr. XXXIV et XXXV : 1 § 3 (Exc. Photii pg. 525 : 55 W).

στῦλος. *Columna.* Volgaria sunt κίων et στήλη, sed στήλη non idem notat, cf. de discrimine Eustathius Op. pg. 182 : στήλη μὲν ἔχοι ἄν ποτε καὶ γραμμάτων χαράγματα, στῦλος δὲ οὐκ εἰς τοῦτο ἐξεύρηται, ἀλλ' ἐπὶ πλέον εἰς ὑπέρεισμα κτέ. Vox στῦλος est satis rara; occurrit in versu spurio Aeschyli Agam. 898, ter in Euripide, frg. 202, Iphig. Taur. 50 et 57 στῦλοι γὰρ οἴκων παῖδές εἰσιν ἄρσενες, qui versus redit in monostichis 713 [Menandri] apud Mein. IV pg. 360. Nemo alius usurpavit ante Polybium 26 : 31 (I : 22 4).

*συβόσιον. *Grex porcorum.* Vox Homerica, cf. Λ 679, ξ 101. Nemo alius hoc vocabulo, quod e rei natura rarum est, usus est ante Polybium 812 : 11 (XII : 4 : 8) μεγάλα συμβαίνει τὰ συβόσια κατὰ τὴν Ἰταλίαν ὑπάρχειν. Unum vocabulum, quod Attice idem notat, nobis non est traditum; verisimile puto illos dixisse ἀγέλη ὑῶν. — Ceterum antequam hoc vocabu-

lum temere inter poetica recipiatur, conferantur quae dixi in hoc indice s. v. τόκας.

συγκεντεῖν. *Confodere gladio.* Ante Polybium 346 : 27 (IV : 22 : 11), 923 : 21 (XV : 31 : 11), 925 : 17 (XV : 33 : 6) hoc compositum tantum occurrit apud Herodotum III : 77, VI : 29.

συγκυρῶ. *Concurro. Evenio.* Attice συντυγχάνω, cf. hic index s. v. ἐγκυρεῖν. Homerus Ψ 435, Soph. Oed. Col. 1404, Eurip. Andr. 1172, Ion. 1447 πόθεν μοι συνέκυρσ' ἀδόκητος ἀδονά; i. e. προσέπεσεν. Herodotus passim, cf. e. g. I : 119, VIII : 87, Hippocr. Epidem I ed. Erm. pg. 175 vs. 1. — Apud Xenoph. Cyrop. V : 5 : 24 deteriores mss. ex interpretatione συγκυροῦντα pro συγκατασπασθέντα exhibent. Polybius passim hoc vocabulum usurpavit, cf. 437 : 24 (V : 18 : 6), 127 : 2 (II : 20 : 8), 377 : 19 (IV : 51 : 7) et alibi. Diodorus I : 1 § 4, XVII : 106 § 6, XX : 20 § 3.

συνασπίζειν. Ante Polybium semel occurrit, apud Euripidem Cycl. 39 χῶτε Βακχίῳ // κώμοις ξυνασπίζοντες Ἀλθαίας δόμους // προσῇτ' ἀοιδαῖς βαρβίτων σαυλούμενοι. In prosa sequiore satis frequens est, significans: „consertis clipeis pugno". cf. e. g. Polyb. 390 : 26 (IV : 64 : 6), Diodor. XVII : 84 § 5. — Xenophon Hellen. III : 5 : 11, VII : 4 : 23 usus est voce συνασπιδοῦν.

συνίστωρ. *Conscius, Testis.* Hesych. explicat per γνώστης, συνόμιλος, συμπράκτωρ. Est vox tragica, cf. Aeschyl. Agam. 1090, Soph. Antig. 542, Eurip. Suppl. 1174 et vulgo de dis dicitur. Semel in prosa ante Polybium invenitur, apud Thucydidem II : 74 § 3 in loco altiore, ubi Archidamus deos et heroes indigenas obtestans exclamat „Θεοὶ ὅσοι γῆν τὴν Πλαταιίδα ἔχετε καὶ ἥρωες, ξυνίστορες ἔστε κτἑ." Apud Polybium hanc gravem significationem deposuit, cf. 1187 : 1 (XXVIII : 17 : 1) συνίστορας εἶναι καὶ γὰρ μάρτυρας, 1218 : 26 (XXX : 8 : 1).

T.

*τοκάς. Hesychius habet glossam Laconicam τοκάδερ· ἔγκυοι et sic legimus in scholiis ad Homerum ξ 16 ubi τοκάς „gravida" explicatur, sed plerumque significat „quae peperit". Omnino vox est rara; in prosa nusquam occurrit ante Polybium. Inter poetas, qui prius floruerunt, potissimum Euripides hoc vocabulo usus est. Videantur Homerus ξ 16: ἐν δὲ Γεκάστῳ // πεντήκοντα σύες χαμαιευνάδες ἐρχατόωντο // (de hac forma cf. I. M. Hoogvliet. Studia Homerica. Diss. Lugd. Bat. 1886 pg. 70) θήλειαι τοκάδες, Euripides Med. 187, Hipp. 559, Hec. 1157, Cycl. 42, Lycophro 316, 498, 1412 Callimachus Hymn. in Dianam. 89, Eubul. ap. Mein. III pg. 271. — Polybius 812 : 13 (XII : 4 : 8) τοκάς, ut in loco Homerico, de scrofa usurpat, sed hic liber XII, ubi Timaeus carpitur, rhetoricum colorem ita prae se fert, ut haud quaquam dicere posses, verba, quae hic occurrant, in vulgarem Polybii usum recepta fuisse, cf. hic Index s. v. συβόσιον.

τρανῶς. *Manifesto.* Attici dicunt σαφῶς. Omnes loci, ubi hoc vocabulum in poesi ante Polybium occurrit, nam in prosa non invenitur, hi sunt: Soph. Aias 23 ἴσμεν οὐδὲν τρανές (h. l. igitur adiectivum obviam fit; forma sequiorum in usu est τρανός), Aeschyl. Agam. 1371, Eumen. 45 τῇδε γὰρ τρανῶς ἐρῶ, Eurip. El. 758, Rhes. 40. — Polybius 406 : 1 (IV : 78 : 4) οὔτε γὰρ πόθεν οὔτε τίς ἀνέθηκεν εὑρίσκεται τρανῶς. Quamquam Nabero in Mnemos. 6, anni 1857, pg. 238, facile concedi potest id sine exemplo legi, opinor Polybium eodem iure hanc poeticam vocem ac multas alias usurpare potuisse, nec igitur cum eo in προφανῶς esse mutandam.

Υ.

ὑπεραλγής. *Gravi dolore affectus.* Ante Polybium haec vox tantum reperitur apud Sophoclem Elect. 176 ᾧ τὸν ὑπεραλγῆ χόλον νέμουσα. Polybius 273 : 25 (III : 79 : 12) Ἀννίβας .... ὑπεραλγὴς ὢν διὰ τὴν βαρύτητα τῆς ἐπενεχθείσης ἐφθαλμίας αὐτῷ. Hic locus laudatur a Suida s. v. ὑπεραλγῆ, qui alterum exemplum huius vocabuli e Polybio affert s. v. ἀποσφαλμήσας] Πολύβιος· ὁ δὲ ἵππος ὑπεραλγὴς ὢν ἐκ τῆς πληγῆς κτέ, cf. Reliquiae ex incertis libris Hultsch 1372 : 25 frg. 31. Ὑπεραλγῶ si significat „admodum doleo" non occurrit in Attica prosa; sic usurparunt Euripides, Herodotus II : 129, Aristoteles Rhet. II : 3 fin. — Ὑπεραλγεῖν pro ἀλγεῖν ὑπέρ τινος etiam legitur apud Aristophanem Aves 466, sed haec significatio ad rem de qua hic agimus, nil facit. Ὑπεραλγής igitur poetis et sequioribus accepta est. Attici dicunt περιαλγής et περιαλγεῖν cf. Thuc. IV : 14, Plato Rep. V : 462B et alii.

ὑπερηφανεῖν. *Superbio.* Verbum ante Polybium tantummodo apud Homerum legitur; substantivum, adiectivum et adverbium saepius in Attica prosa occurrunt, cf. ὑπερηφανία Plato Conv. 219C, Xenoph. Cyrop. V : 2 : 27, Isocr. Paneg. § 89, ὑπερήφανος Plato Men. 90A, Xenoph. Memor. I : 2 : 25, Isocr. Panath. § 196, ὑπερηφάνως Plato Legg. III : 691A. — Homerus participio usus est Λ 694 ταῦθ' ὑπερηφανέοντες Ἐπειοὶ χαλκοχίτωνες. Polybius 550 : 16 (VI : 10 : 8) τῆς μὲν βασιλείας κωλυομένης ὑπερηφανεῖν διὰ τὸν ἀπὸ τοῦ δήμου φόβον, 453 : 24 (V : 33 : 8) ubi cum ἑαυτοὺς coniunctum „iactare se" significat, cf. Diod. frg. libri XXIII : 15 § 4 (Exc. de virt. et vit. 564 W.). Attice volgaria sunt μέγα φρονεῖν, σεμνύνεσθαι.

Φ.

Φαλαγγηδὸν (i. e. κατὰ φάλαγγα) *Ordinatim.* Homerus O 360: τῇ δ' εἴ γε προχέοντο Φαλαγγηδόν. Nemo alius hoc vocabulo usus est ante Polybium 314 : 12 (III : 115 : 12) οὗτοι μὲν οὖν οὐκέτι Φαλαγγηδὸν ἀλλὰ κατ' ἄνδρα καὶ κατὰ σπείρας στρεφόμενοι κτέ. 328 : 22 (IV : 8 : 10) Θετταλῶν γοῦν ἱππεῖς κατ' ἴλην μὲν καὶ Φαλαγγηδὸν ἀνυπόστατοι, χωρὶς δὲ παρατάξεως πρὸς καιρὸν καὶ τόπον κατ' ἄνδρα κινδυνεῦσαι δύσχρηστοι καὶ βραδεῖς, qui loci optime significationem illustrant. — Ceterum haec adverbia in δόν exeuntia in sermone Attico pedestri rarius inveniuntur, cf. ἀγεληδόν in hoc indice s. v., πλινθηδόν Her. II : 96, ὀρχηδόν Her. VII : 144, τετραποδηδόν Aristoph. Pax 896, κυνηδόν Aristoph. Nub. 491, Eq. 1033, Soph. frg. 646, βοτρυδόν Hom. B 89, ἰλαδὸν Hom. B 92 Hesiod. Op. 287, Her. I : 172, φορμηδόν Thuc. II : 75, IV : 48, ἡβηδόν Her. VI : 21, Diod. III : 54, σχεδὸν apud omnes. Notandum est Polybium, qui ἀγεληδὸν, Φαλαγγηδὸν primus in prosa, σωρηδόν et σπειρηδόν primus omnium usurpavit, forma ἰλαδόν abstinuisse, quamquam illa aptissime uti potuit, praesertim in loco modo laudato libri quarti.

Φεψάλυξ. *Scintilla.* Dubitanter in hunc indicem recipio. Quamquam iam Eberhard Observationum Polybianarum particula. Berol. 1862 hoc vocabulum poeticum dixit, et in Lexico Pape affirmatur Φεψάλυξ esse poeticam formam τοῦ Φέψαλος, credo nec illud nec hoc iure poeticum vocari. Φεψαλος occurrit ter apud Aristophanem Ach. 279, 679, Vesp. 227, semel apud Lycophronem 178. Φεψάλυξ legitur apud Archilochum frg. 126 ed. Bergk[4], Aristophanem Lysistr. 107 sensu translato: ἀλλ' οὐδὲ μοιχοῦ καταλέλειπται Φεψάλυξ, Aristotelem Meteor. II : 8, nec alibi obviam fit ante Polybium 58 : 24 (I : 48 : 6). E rei natura est huiuscemodi vocabula rarissime apud scriptores veteres reperiri; sic σπινθήρ in prosa non

invenitur ante Theophrastum, cf. Polyb. 1007 : 8 (XVIII : 22 : 2), Aristoph. Pac. 609, Plut. 1054; *ζώπυρον*, quod tamen non prorsus idem est, iam sensu translato usurpavit Plato Legg. III : 677B *σμικρὰ ζώπυρα τοῦ τῶν ἀνθρώπων διασεσωσμένα γένους*. Fortasse tamen ab iis, qui *φεψάλυξ* poeticum esse volunt, stat analogia, quod *πτέρυξ* minus scriptorum pedestrium usu teritur quam *πτερόν*, cf. forma *σπινθάρυξ* apud Apollonium Rhodium IV : 1544.

**Φλία*. *Postis*. Hom. *ρ* 221: *ὃς πολλῆς Φτίησι παραστὰς θλίψεται ὤμους* de mendico. Theocr. II : 60, Apoll. Rhod. III : 278. [Hippocrat.] de articulis ed. Erm. III pg. 107 vs. 19, pg. 145 vs. 13 et alibi. — Polybius utitur 823 : 16 (XII : 12 : 2) *ἐν ταῖς Φλιαῖς τῶν νεῶν* (agit hic liber de Timaei erroribus cf. hic index s. v. *τοκάς*. — Videatur Pollux I : 76 : *σταθμοὶ δὲ, τὰ ἑκατέρωθεν, ξύλα κατὰ πλευρὰν τῶν θυρῶν, ἃ καὶ παραστάδας φασίν*, et Cratinus apud eundem in frg. Dionysalexandri, ed. Kock pg. 25.

Φύξιμος. Hom. *ε* 359 *ὄφρ' οἱ μοι φάτο Φύξιμον εἶναι*, *effugium*, *salutem*, ubi de more neutrum adiectivum pro substantivo usurpatur, cf. *τὸ ἄσυλον* et *τὸ κρησφύγετον* (Herod. V : 124 et alibi). — Porro Soph. Antig. 786 *καί σ' οὔτ' ἀθανάτων Φύξιμος οὐδείς*. — Polybius primus in prosa usus est, cf. 695 : 15 (IX : 29 : 4) *Φύξιμον γὰρ οὐδὲν ἦν πλὴν ἑνὸς αὐτοῖς τοῦ τῶν Αἰτωλῶν ἔθνους*, 886 : 6 (XIII : 6 : 9) *ὥστε μήτε τόπον εἶναι μηδένα Φύξιμον κτέ*, ubi lectionem codicum *Φεύξιμον* correxit Dindorf. — Affertur e Nicandri Ther. 54 *Φύξιμος ὀδμή*, odor qui fugat, et ex [Hippocrat.] de internis affect. ed. Erm. II pg. 317 vs. 21 *ἢν Φύξιμος ᾖ* „si e morbo aeger evasurus est."

X.

χαράσσω. *Insculpo. Acuo.* Verbum χαράττω nec in Attica prosa nec in comoedia legitur. Hesiodus Op. 387, 573 Scut. 235 usus est pro θήγω, ἀκονᾶν, cf. Pind. Pyth. I : 28 ubi στρωμνὰ ἅπαν νῶτον Typhoei sub Aetna iacentis χαράσσει i. e. perstringit. Herod. VII : 1 dixit κεχαραγμένος τινί = iratus, sic etiam Eurip. Med. 156. Aeschylus Pers. 683 coniungit στένει, κέκοπται καὶ χαράσσεται de terra pulsata. — Frequens usus huius vocabuli est apud sequiores, cf. Polyb. 743 : 22 (X : 27 : 13) τὸ χαραχθὲν .... νόμισμα, ubi Attice hoc sensu κόπτω dixeris. Diodorus saepe dixit de litteris vel signis quae inscribuntur, cf. III : 44 § 3, XII : 26 § 1, frg. libr. XXXIV et XXXV 2 § 32 (ed. Dind. Vol. V pg. 96, Exc. de virt. et vit. 599 W.). Cf. hic index s. v. ἐγκολάπτω.

χθαμαλός. *Humilis.* Hesychius explicat per ταπεινός, ἴσος, ὅμαλος, κοῖλος. — Occurrit vetusto tempore apud Homerum ι 25, κ 196, λ 194, μ 101, N 683. Postea apud neminem legitur ante Xenophontem, qui semel usus est, Memor. III : 8 : 9, cf. porro Theocr. XVII : 79, Apoll. Rhod. III : 1158, [Isocrat.] Epistol. X : 2 (ed. Blass.). — Polybius 722 : 9 (X : 10 : 7) λόφοις .... χθαμαλωτέροις.

χρυσοστέφανος. *Aurea redimitus corona.* Hom. hymn. V : 1, Hesiod. Theog. 17, 136. Pindar. Olymp. VIII : 1, apud eum in Olymp. VI : 57 et Pyth. IX : 109 est epitheton Hebes. Κόρη sic appellatur apud Euripidem Ion. 1085. In prosa primus Polybius utitur 1232 : 27 (XXXI : 3 : 6) de equitibus, ὧν οἱ μὲν πλείους ἦσαν χρυσοφάλαροι καὶ χρυσοστέφανοι, οἱ δ' ἄλλοι ἀργυροφάλαροι. Huiusmodi compositorum cum χρυσο — et ἀργυρο — vocabulorum occurrit ἀργυρόπους in Xenoph. Anab. IV : 4 : 21, Dem. κ. Τιμοκρ. § 129. — Praeterea χαλκάσπις ante Polybium 178 : 18 (II : 66 : 5) tantummodo apud poetas legitur, sed in

alia significatione, nam apud Polybium χαλκάσπιδες genus est militum Macedonicorum.

Ψ.

ψαύειν. *Tango.* Semel occurrit in prosa Attica, nempe Xenoph. Memor. I : 4 : 12. Ionicum vocabulum puto ob usum Herodoti, Hippocratis, et [Antiphontis] Tetral. B. γ. § 5 (ed. Jernstedt 30 vs. 6), cf. hic index s. v. αὐθέντης; apud Comicos (monost. 214 excepto), Thucydidem, Platonem non legitur, qui ἅπτεσθαι, θιγγάνειν, ἐφάπτεσθαι praeferunt. Videantur Herod. III : 30, [Hippocr.] de fract. ed. Erm. III pg. 7 vs. 20, 50 vs. 24, IV Epidem. I pg. 539 vs. 9. — Passim apud poetas legitur, cf. e. g. Pindar. Pyth. IX : 120, Nem. V : 42, Ol. VI : 35 Aeschyl. Pers. 202, Choeph. 182, Suppl. 925. — Polyb. usurpavit 15 : 6 (I : 13 : 8), 218 : 24 (III : 32 : 5), 1020 : 19 (XVIII : 36 : 1), Diodorus I : 39 § 9.

ADDENDA *).

αἰκάλλω pro κολακεύειν, θωπεύειν praeter Euripidem usurpavit Aristoph. Equit. 48, 211 Thesmoph. 869. Legitur in Polybio 456 : 22 (V : 36 : 1).

ἀντικρύ. Ammonius: ἀντικρὺ μὲν τὸ ἐπ' εὐθείας, καὶ ἐξ ἐναντίας — ἄντικρυς δὲ, τὸ διαρρήδην καὶ φανερῶς, recte quidem, sed Atticus sermo ἀντικρύ non novit, sed utitur καταντικρύ. Homerus contra non ἄντικρυς sed ἀντικρύ usurpat cf. E 130, H 362, Δ 481, κ 162 et alibi. Xenophon Cyrop. VII : 1 : 30 semel Homerum imitatus est, aut cum Dindorfio Thes. Steph. pg. 924A restituendum ἄντικρυς. — Porro Apoll. Rhod. IV : 1610 et primus in prosa Polybius 276 : 29 (III : 83 : 1) κατὰ μὲν τὴν ἀντικρύ scil. πλευράν (oppositum est κατὰ δὲ τὴν ἀπ' οὐρᾶς), i. e. in latere a fronte. — Urbinas et recentiores codices hanc formam praebent Polyb. 370 : 7 (IV : 43 : 4), ubi ἀντιπέρας e Vatic. et Flor. vera lectio est. — Καναντικρύ dicunt Attici cf. Thuc. VII : 57 et alibi, Plato Lysis 207A et alibi, Xen. Hell. IV : 8 : 5, Aristoph. Eccles. 87 τῶν πρυτάνεων

*) De aliquot vocabulis inter Addenda receptis conferatur Praefatio.

καταντικρύ (sic hodie omnes), et sic scribendum puto in Eubuli fragmento apud Mein. III : 244, apud Kock II : 192, qui κατ' ἀντικρύ edunt.

ἀπερύκω. Praeter Homerum Δ 542, ι 119 et alibi, Herodotum I : 32, cf. loci Xenophontis in hoc indice s. v. ἐρύκω. — Polybius usus est 929 : 16 (XVI : 1 : 3).

ἀτέραμνος. Attici formam ἀτεράμων praeferunt, cf. Plato Legg. IX : 880E, Aristoph. Ach. 181, poetae et Polybius ἀτέραμνος cf. Polyb. 344 : 15 (IV : 21 : 4).

ἄφατος in Attica prosa non invenitur, sed praeter tragicos et Herodotum usi sunt Aristoph. Lys. 198, Aves 427, Anaxandr. Mein. III : 184, Epicrat. Mein. III : 370. — Polybius 919 : 20 (XV : 28 : 1).

εὔσημος. Praeter tragicos et corruptum locum Menandri ap. Mein. IV : 183 (legend. cum Mein. εὔφημος), Theophrastum C. Pl. III : 8, et Aristotelem Meteor. II : 6 usus est Polybius 763 : 27 (X : 44 : 3).

λαίλαψ. Cf. Homer. Δ 278, Μ 375 et alibi, Aesch. Suppl. 34. In prosa non ante Aristotelem de mundo IV : 15, cf. Polybius 1222 : 30 (XXX : 14 : 6).

λάφυρον. Apud tragicos saepe, in prosa tantum apud Xenophontem legitur, Hell. V : 1 : 24. Similiter historicus ille verbis λαφυροπωλεῖν et λαφυροπώλης primus usus est. Polyb. saepe usurpat, cf. 175 : 2 (II : 62 : 12) et alibi, λαφυροπωλεῖν 404 : 24, IV : 77 : 5, λαφυροπωλεῖον 325 : 17 (IV : 6 : 3), Diodor. XVII : 14.

λόξος. Tyrtaeus frg. 11 vs. 2, Lycophr. 1467, Apoll. Rhod. IV : 476, Theogn. 536. Polyb. 415 : 6 (IV : 86 : 8), Diodor. I : 98.

λύσις. Quia Pindarus Ol. X : 47 δόρπου λύσιν dixit, itaque λύσις pro „τέλος" usurpavit, Eberhard Polybianum „λύσις πολέμου" 1348 : 5 (XXXVIII : 2 : 11) poeticis adscripsit; fortasse recte, nam in prosa dicitur κατάλυσις. Notandum tamen est, vocabulum λύσις, si „solutio" significat, usu tritum esse, et has duas notiones non multum inter se differre.

οἰακίζω in prosa Attica non invenitur, nec poetae usurparunt, sed Herodot. I : 171, Aristot. Eth. X : 1. Ceterum οἰακονόμος, οἰακοστροφεῖν, οἰακοστρόφος poetica sunt, cf. Pind. Isthm. IV : 71, Aeschyl. Pers. 767, Prom. 148, Sept. 62. — Semel Plato Alcib. I pg. 117C substantivo οἴαξ utitur, sunt tamen qui hunc dialogum spurium putent. — De verbo cf. Polyb. 627 : 26 (VIII : 8 : 2) 230 : 28 (III : 43 : 4). — Diodor. III : 26, XVIII : 59.

ὀττεύομαι ante Polybium 1166 : 25 (XXVII : 14 : 5), 13 : 16 (I : 11 : 15) et alibi, occurrit tantummodo apud Aristophanem Lysistr. 597.

παννύχιος. Praeter tragicos et Herodotum usurpavit Aristoph. Aves. 1239 (paratragoedia cf. vs. 1240), et Lysistr. 1039 οὔτε σὺν παννυχίοισιν οὔτ' ἄνευ παννυχίων in choro. Polybius 907 : 10 (XV : 20 : 8).

σταλαγμός praeter tragicos dixit Aristoph. Ach. 997. Primus in prosa Polybius 840 : 11 (XII : 25A : 1). Diodor. XVII : 10 § 4.

στωμυλία. Praeter στώμυλος in spurio dialogo Platonis Eryx. 397D, vocabula huius radicis non in Attica prosa, sed apud Aristophanem occurrunt, qui primus his vocibus usus est, cf. στωμυλία Ran. 1067, στωμύλλομαι Nub. 990, Ran. 1305, στώμυλμα Ran. 92, 941, στωμύλος Ach. 404. — Polybius 685 : 25 (IX : 20 : 6) substantivo, et 1362 : 25 (XL : 6 : 2) adiectivo usus est.

συννεφής. Eurip. Phoen. 1307 Aristoteles et Theophrastus ante Polybium 681 : 27 (IX : 16 : 3), 681 : 10 (IX : 15 : 3) usurparunt. Diodorus V : 25 § 2.

INDEX VOCABULORUM.

P. = Polybius. D. = Diodorus.

ἀγεληδόν	P. D.	ἀκμαῖος	P.	ἀνίκητος	D.
ἀγέρωχος	P.	ἀκρεμών	D.	ἀνίσχω	P.
ἀγχίαλος	P.	ἀκρόκομος	P. D.	ἀνοκωχεύω	D.
ἀγχιβαθής	P.	ἀλαλαγμός	D.	ἀνταυγής	D.
ἀδαής	P.	ἀλύω	P. D.	ἀντηχῶ	P.
ἄδακρυς	D.	ἄμειψις	Praef.	ἀντικρύ	Add.
ἀδήριτος	P. D.	ἀμέτρητος	D.	ἀντίος	P.
ἄθαπτος	D.	ἀμνημόνευτος	P.	ἀντίπαις	P. D.
ἄθικτος	D.	ἀμοιβή	P. D.	ἀντιφωνῶ	P.
ἄθραυστος	P. D.	ἀμφήριστος	P.	ἀπερύκω	Add.
ἀθυρογλωττία	P.	ἀμφίδρομος	P.	ἀπήνη	P. D.
αἰκάλλω	Add.	ἀμφίστομος	Praef.	ἄπλετος	P. D.
αἱμόφυρτος	P.	ἀνασκολοπίζω	P. D.	ἀποκορυφῶ	P.
αἰχμαλωτίς	P.	ἀνασύρω	D.	ἄποψις	P.
αἰχμάλωτος	Praef.	ἀνκτρέχω	Praef.	ἀρτύω	P.
ἀκληρία	P. D.	ἀνέκαθεν	P.	ἀρχῆθεν	P.
ἄκλυστος	D.	ἀνέτοιμος	P. D.	ἀσάλευτος	P. D.

ἀσινής P. D.
ἀσπιδιώτης P.
ἀσυλία P. D.
ἄσυλος P. D.
ἀτενής Praef.
ἀτέραμνος Add.
ἀτμός D.
ἀτρεπής P.
αὐθέντης P. D.
ἄφαντος D.
ἄφατος Add.
ἄφη D.
ἀχθοφόρος D.
βᾶρις D.
βάσταγμα P.
βληχρός D.
βουθυσία D.
βουφόνος D.
βρίθω D.
γενετή P. D.
γεφυρῶ Praef.
δαίνυμι D.
δαιτρεύω P.
δάμνημι P.
δαψιλής P. D.
δέρος D.
δίαιμος P.
διαλαλῶ P. D.
διανταῖος D.
διαφαίνω P. D.
διαφώσκω P. D.
δίκωπος P.
δίμορφος D.
δινεύω D.
δίπτυχος D.
δίστομος P.
διωγμός D.
δόλιος P.
δολοφονῶ Praef.
δόμος P. D.
δορίκτητος P. D.
δρασμός Praef.
δρυμός Praef.
δυσμαί Praef.
δυσπαραίτητος P.
δυσπέρατος D.
δυσποτμῶ P.
δυσπρόσιτος D.
δωροφάγος P.
δωσίδικος P.
ἐγγελῶ D.
ἐγγενής D.
ἐγκολάπτω D.
ἐγκυκλῶ D.
ἐγκυρεῖν P.
ἔδνον D.
ἐθελοκακῶ P. D.
εἰδεχθής P. D.
εἰκαῖος P.
εἰσανάγω P.
ἐκβιάζομαι P.
ἐκβράσσω D.
ἐκηβόλος P.
ἐκνικῶ P.
ἐκπτοεῖσθαι P.
ἐκραίνω P.
ἐκτενής P. D.
ἐμβαδόν P.
ἔμπεδος P.
ἔμπρακτος D.
ἐναποδείκνυμαι P. D.
ἐνερείδω D.
ἐνθεάζω D.
ἐνσείω D.
ἔντοσθεν D.
ἐντροπή P. D.
ἐξαγωνίζομαι D.
ἐξερευνῶ P.
ἐξοδεία P.
ἐξοιδῶ P.
ἔπαθλον D.
ἐπάλληλος P.
ἐπανθίζω D.
ἐπάρκεια P.
ἐπίβαθρον D.
ἐπιβώμιος D.
ἐπικάρσιος P.
ἐπισείω D.
ἐπιχαλῶ P.
ἐρείπω P.
ἐρύκω P.
εὐμαρής Praef.
εὔμορφος P.
εὔσημος Add.
εὐτολμία P. D.
ἐχέφρων D.
ζόφος P.
ζωστήρ D.
ἡλίβατος P.

ἠώς	P.	
θέλγω		D.
θεμιστεύω		D.
θεοπρεπής		D.
θερεία	P.	D.
θεσπιῳδῶ		D.
θήγω		D.
θρῦμμα		D.
θρύον		D.
θυρεός	P.	D.
θύρετρον	P.	
ἱμείρω	Praef.	
ἵτυς	P.	
καθαρμόζω	P.	
καθηγεμών	P.	
κάθυδρος	P.	
καινοποιῶ	P.	
καλαῦροψ		D.
καλλιστεύω		D.
κάμαρα		D.
καραδοκῶ	P.	D.
κάρκινος		D.
καταλγῶ	P.	
καταλήγω	P.	D.
κατάξιος	P.	
καταργῶ	P.	
καταρρέπω	P.	
καταρρίπτω		D.
κατάρρυτος	P.	D.
καταρτίζω	P.	D.
κατασιτέομαι		D.
κατασύρω	P.	D.
καταφημίζω	P.	
κατελπίζω	P.	D.
κατευωχοῦμαι		D.
κάτοινος		D.
κατορρωδέω	P.	D.
κατοχή		D.
καχλάζω		D.
κηδεύω	P.	D.
κινητής	P.	
κοιτάζομαι	P.	
κόπος	Praef.	
κραταιός	P.	
κρῖμα	P.	
κυδοιμός	P.	
κύκλωμα		D.
κυνηγία	P.	D.
κωπηλατέω	P.	
λαίλαψ	Add.	
λαιός	P.	D.
λακίς		D.
λάκτισμα		D.
λαός	P.	D.
λάφυρον	Add.	
λισσός		D.
λιχμάω		D.
λόξος	Add.	
λυπρός	P.	D.
λύσις	Add.	
μαρμαρίζω		D.
μεγαλωστί	P.	
μελανείμων	P.	
μέρμις		D.
μεσάγκυλον	P.	
μετάρσιος		D.
μέτρημα	P.	
μῆνις		D.
μηνίω		D.
μητροπάτωρ		D.
μίτος	P.	
μολεῖν	P.	
μονόλιθος		D.
μυκηθμός	P.	
μῦσος		D.
μυχθίζω	P.	
ναυστολέω		D.
ναύτιλος		D.
νεπυομαντεῖον		D.
νεοχμός		D.
νηπενθές		D.
νήπιος	Praef.	
νωχέλης		D.
ὀδάξω		D.
οἰακίζω	Add.	
ὅμαιμος		D.
ὁμέστιος	P.	
ὀμματῶ		D.
ὀξυβελής		D.
ὀρειβατέω		D.
ὄρφνη	P.	
ὀττεύομαι	Add.	
οὐλαμός	P.	
ὀφρύς	P.	
παλαμναῖος	Praef.	
παλίντροπος	P.	D.
παλίσσυτος	P.	D.
πανώλεθρος	Add.	
παραβάτης	Praef.	

παραδοχή	P.	πυρσός	P.	συνκυρῶ	P. D.
παρακοπή	P. D.	πῶμα	P.	συνασπίζω	P. D.
παραρρίπτω	D.	ῥύομαι	D.	συνίστωρ	P.
παρασπιστής	D.	ῥύσιον	P.	συννεφής	Add.
παρασύρω	P. D.	σπείραμα	D.	τοκάς	P.
παρευτρεπίζω	P.	σπιλάς	P. D.	τρανῶς	P.
πένθιμος	D.	σπινθῆρ	Praef.	ὑπεραλγής	P.
περιέπω	P.	σταλαγμός	Add.	ὑπερηφανῶ	P. D.
πέτευρον	Praef.	στέγος	D.	φαλαγγηδόν	P.
πνέω	D.	στίβος	P.	φεψάλυξ	P.
πολυτρήρων	P.	στροβῶ	P.	φλία	P.
πρατήριον	D.	στυγῶ	D.	φύξιμος	P.
προγενής	P.	στῦλος	P.	χαράσσω	P. D.
προσδεῖν	D.	στωμυλία	Add.	χθαμαλός	P.
προσκλίνω	P.	συβόσιον	P.	χρυσοστέφανος	P.
προσκυρῶ	D.	συγκεντῶ	P.	ψαύω	P. D.
προσχάσκω	P.				

THESES.

I.

Melius erat tamquam fundamentum alterius familiae codicum Herodoti ponere Urbinatem 88, quam codicem Vatican. 123.

II.

Recte Abicht „De codicum Herodoti fide atque auctoritate" pg. 37, dicit codici Mureti in bibl. colleg. Romani servato (qui hodie frustra quaeritur) haud magnam fidem habendam esse.

III.

In Excerptis de notis criticis haustis e codice Mureti (hodie in Bibl. Vitt. Emm. Mss. Gr. 6) editis apud Dindorf Schol. Graeca in Hom. Iliadem Ox. 1875 Tom. I pg. XLIII vs. 29: „*τούτων δ' ἁπάντων τῶν σημείων ἀκριβεστέρα γνῶσις ἐν τοῖς βιβλίοις τῶν συγγραψαμένων περὶ τούτων κτἑ.*" legitur in

codice ἡ ἀκριβεστ .... et deinde ἐν ταῖς βίβλοις. Ergo legendum puto: „τούτων δ' ἁπάντων τῶν σημείων ἡ ἀκριβεστάτη γνῶσις ἐν ταῖς βίβλοις κτἑ.

IV.

Idem codex pg. XLIV vs. 8 exhibet οἷς καὶ ἀστερίσκος μόνος παράκειται. — Dindorf dedit πρόσκειται, lectione codicis non commemorata, sed παράκειται tenendum.

V.

In Tyrtaei fragmento 12 (ed. Bergk[4] Vol. II pg. 18) versum 10 „οὐ γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνεται ἐν πολέμῳ" spurium duco.

VI.

Isocrat. (ed. Blass. 1879) Aeginet § 39 τετρωμένον αὐτὸν καὶ βαδίζειν οὐ δυνάμενον ἀλλ' ὀλιγοψυχοῦντα ἀπεκόμισ' ἐπὶ τὸ πλοῖον κτἑ. Legendum est ἀλλὰ λιποψυχοῦντα.

VII.

Aristoph. Acharn. 994 sqq.

ἀλλά σε λαβὼν τρία δοκῶ γ' ἂν ἔτι προσβαλεῖν·
πρῶτα μὲν ἂν ἀμπελίδος ὄρχον ἐλάσαι μακρόν,
εἶτα παρὰ τόνδε νέα μοσχίδια συκίδων,
καὶ τὸ τρίτον ἡμερίδος ὄζον, ὃ γέρων ὁδί, κτἑ.

Legatur versu 994 προσλαβεῖν.

VIII.

Diodor. (ed. Dindorf.) XII : 3 § 3: ἑκατὸν δὲ σὺν αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσιν εἶλε. Expunge τοῖς.

IX.

Diodor. ed. Dindorf. XII : 14 § 2: *καὶ Φιλήμονος τοῦ κωμῳδιογράφου γράφοντος τοὺς πολλάκις ναυτιλλομένους καὶ εἰπόντος*

νόμῳ τεθαύμακ᾽ οὐκ ἐπεὶ
πέπλευκεν, ἀλλ᾽ εἰ δὶς πέπλευκε.

Legendum: *εἰπόντος Νόθῳ·*

τεθαύμακ᾽ οὐκ ἐπεὶ κτἑ.

X.

Polyb. XXXV : 4 § 4 (ed. Hultsch. 1319 : 5): *τὸ πρότερον εἰθισμένων πολλαπλασιόνων προπορεύεσθαι τῶν καθηκόντων.* Legendum *πολλαπλασίων.*

XI.

Dio Cassius LXII : 15 § 6 (ed. Dindorf. Vol. IV pg. 31) legatur *ὠθισμοί τε καὶ πληγαὶ καὶ θόρυβοι .... ἰσχυροὶ συνέβαινον* pro *αἰσχροὶ συνέβαινον.*

XII.

Joann. Chrysost. Homil. in Matth. ed. de Montfaucon 698[D] *οἷον ἂν εἴτις παρθένον καὶ θυγατέρα βασιλέως .... κελεύοι μοιχοῖς ἀνδράσι καὶ διαπτύουσιν αὐτῆς αὐτὴν ἐκδιδόναι.*

Rectissime cod. Traiect. Gr. 6: *μονομάχοις ἀνθρώποις* pro *μοιχοῖς ἀνδράσι* exhibet.

XIII.

Evangel. sec. Matth. I : 18: *μνηστευθείσης τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσήφ, πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα [ἐκ πνεύματος ἁγίου]. 19. Ἰωσὴφ δὲ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, δίκαιος ὢν καὶ μὴ θέλων αὐτὴν δειγματίσαι, ἐβουλήθη λάθρα ἀπολῦσαι αὐτήν. 20. ταῦτα δὲ αὐτοῦ ἐνθυμηθέντος, ἰδοὺ ἄγγελος*

κυρίου κατ' ὄναρ ἐφάνη αὐτῷ λέγων· Ἰωσὴφ υἱὸς Δαυίδ, μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν Μαριὰμ τὴν γυναῖκα σου· τὸ γὰρ ἐν αὐτῇ γεννηθὲν ἐκ πνεύματός ἐστιν ἁγίου. Eiciendum glossema vs. 18 puto, adscriptum e versu 20.

XIV.

Faciendum puto cum Car. Diltheyo Anthol. VII: 222 versus: ἡ μούνη στέρξασα τὰ κύπριδος ἀμφὶ γυναικῶν // ὄργια καὶ φίλτρων Λαΐδος ἀψαμένη, recte se habere opinante.

XV.

Recte Gilbert: Festzeit der Attischen Dionysien, duo Dionysia fuisse statuit.

XVI.

Iuvenal. Sat. I: 100,

rides, maiore cachinno
concutitur; flet si lacrimas conspexit amici,
nec dolet; igniculum brumae si tempore poscas,
accipit endromidem; si dixeris „aestuo", sudat.

Legatur *arripit* pro *accipit*.

XVII.

Iuvenal. Sat. IV: 33,

magna qui voce solebat
vendere municipes fracta de merce siluros?

Recte Muretus „*Pharia*" pro „*fracta*".

XVIII.

Cicero II. Philipp. XXVII § 67: Nihil erat clausum, nihil obsignatum, nihil *scriptum*.

Recte Francken „*saeptum*".

XIX.

Tacitus Annal. XVI: 19: levia carmina et *faciles* versus. Recte Bezzenberger „*futiles*" (futtiles).

XX.

Plautus Curcul. 548 (ed. Goetz) in libris mss. legitur:

Facis sapientius

Quam *pars lenonum* libertos qui habent et eos deserunt.

Legatur *patronum pars.*

XXI.

Sermonem popularem secundo et primo seculo ante C. N. „*domi*" cum verbis motionis coniunxisse, admodum probabile est.

XXII.

Petronius, qui Satiricon scripsit, idem est atque is qui occurrit apud Tacitum Ann. XVI: 18.

XXIII.

Sp. Thorius secundum Ciceronem in Bruto § 136 agrum publicum vectigali liberavit; recepta hodie interpretatio, ut „vectigali" sit „per vectigal" pugnat cum linguae Latinae legibus.

XXIV.

Iure suffragii in senatu carebant magistratus.

XXV.

Leges consulares in solis comitiis centuriatis non ita in tributus latae sunt.

XXVI.

Iure dubitare possis de Thucydidis fide historica.

XXVII.

Curtius Rufus X : 9 § 3—6 (ed. Mützell X : 28) : proinde iure meritoque populus Romanus salutem se principi suo debere profitetur, qui noctis, quam paene supremam habuimus, novum sidus inluxit. Huius hercule, non solis ortis lucem caliganti reddidit mundo, cum sine suo capite discordia membra trepidarent. Quot ille tum extinxit faces! quot condidit gladios! quantam tempestatem subita serenitate discussit! Non ergo revirescit solum, sed etiam floret imperium.

Haec verba spectant ad annum 41 p. C. n.

XXVIII.

Diodorum ex Herodoto ipso hausisse probabile non est.

XXIX.

Bello Punico III gerendo Romani potius implacabili adversus Carthaginem odio indulserunt, quam iustum et aequum curaverunt.

XXX.

Iure statua, quae volgo Eros Praxitelis nominatur, hodie *Genius Mortis* appellata est.

XXXI.

Plato civitatem, quam in libris de Republica finxit, revera existere posse credidit.

345